Quæstio Celeberrima Moralis.

Quisnam sit legitimus Minister Matrimonij, ut Sacramentum est?

1. §.us 1.us Quæstio resolvitur juxta Melchiorem Canum.

VIDETE fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Quoniam vir caput est mulieris. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, et in Ecclesia. Sic suam reverentiam erga Matrimonium, prout est novæ Legis Sacramentum, Paulus exprimit cap. 5. ad Ephesios, ita ut Sacramentum illud nec appellare, nec intelligere ausus fuerit, præterquam in Christo, et in Ecclesia, docens Catholicos Theologos, quàm cautè disputare debeant de hoc Sacramento, nihil à cæteris Novæ legis dispari in ratione Sacramenti, quod præter Christum et Ecclesiam, sicuti et cætera Apostolus agnoscere, ac profiteri renuit. Heinc mirari non desinam, qualiter Theologi de hoc magno Christi, et Ecclesiæ Sacramento in Lutheri, et Hætherodoxorum omnium conspectu tales doctrinas exhibere non ambigant, quæ, ut ait Illmus Melchior Cano, infidelibus valdè nugatoriæ sunt, fidelibus autem parum solidæ. Hic tibi dicit contrahentes ipsos esse materiam Sacramenti: hic non ipsos, sed consensum: alius gestus et nutus, qui à viro fœminaque exceptis verbis adhibentur: alius prioris loquentis verba materiam esse affirmat, posterioris verò formam: alter utrumque contrahentem esse ministrum ad invicem, ~~[illegible]~~ utriusque verba esse formam: alius utrumque esse ministrum, licet unus tantum præbeat formam, alter verò tantum materiam. Quorsum ergo in re gravissima talis philosophare, aut theologizare nos deceat, qui cautè ambulare debemus juxta Apostolum, maximè in hoc Sacramento, quod eventere toto nisu Lutherus autumat?

De locis Theol. lib. 8. c. 5.

igitur

Quæstio Celeberrima Moralis.

Quisnam sit legitimus Minister Matrimonij, ut Sacramentum est?

1. §.us 1.us Quæstio resolvitur juxta Melchiorem Canum.

VIDETE fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Quoniam vir caput est mulieris. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, et in Ecclesia. Sic suam reverentiam erga Matrimonium, prout est novæ Legis Sacramentum, Paulus exprimit cap. 5. ad Ephesios, ita ut Sacramentum illud nec appellare, nec intelligere ausus fuerit, præterquam in Christo, et in Ecclesia, docens Catholicos Theologos, quàm cautè disputare debeant de hoc Sacramento, nihil à cæteris Novæ legis dispari in ratione Sacramenti, quod præter Christum et Ecclesiam, sicuti et cætera Apostolus agnoscere, ac profiteri renuit. Heinc mirari non desinam, qualiter Theologi de hoc magno Christi, et Ecclesiæ Sacramento in Lutheri, et Hætherodoxorum omnium conspectu tales doctrinas exhibere non ambigant, quæ, ut ait Illmus Melchior Cano, infidelibus valdè nugatoriæ sunt, fidelibus autem parum solidæ. Hic tibi dicit contrahentes ipsos esse materiam Sacramenti: hic non ipsos, sed consensum: alius gestus et nutus, qui à viro fœminaque exceptis verbis adhibentur: alius prioris loquentis verba materiam esse affirmat, posterioris verò formam: alter utrumque contrahentem esse ministrum ad invicem, ~~[illegible]~~ utriusque verba esse formam: alius utrumque esse ministrum, licet unus tantum præbeat formam, alter verò tantum materiam. Quorsum ergo in re gravissima talis philosophare, aut theologizare nos deceat, qui cautè ambulare debemus juxta Apostolum, maximè in hoc Sacramento, quod eventere toto nisu Lutherus autumat?

De locis Theol. lib. 8. c. 5.

BIBLIOTECA

igitur

2. Ego[1] non quo cæteros reprehendam, sed quo clientes instruam, qualiter cautum anxiqient vtex, et Lutheranorum telis valide resistam, presentem accepimus controversiam, ut stabilito legitimo Matrimonij Ministro pro nostro captu, interdum quegnam sit ejus vera forma, et materia, facile conjicere possit, donec peculiari dissertatione eam propugnemus. Plurimi Doctores asserunt ipsos contrahentes, seu ministros contractus civilis Matrimonij, esse ejusdem ministros, quia sacramentum est. Quæ sententia tot sibi patronos vendicat, ut presertim in nostra Hispania pene omnes pene videantur profundissimo quodam somno sopiti, jam xaxis diffluere putarint se Ministros hujus sacramenti, putarint se totum divisse, cum civilis contractus Matrimonij ministros assignaverint: nec defuit Theologus, qui inter differentias, quas nova lex sacramenta inter se habent, hanc assignare ausus fuerit, nempe quod alia requirant ministrum Ordinis, seu sacrum, alia vero non, ut Matrimonium. Plures ex eadem sententia hanc dissertationem, ac sententiam ad fidem pertinere dixerunt, quasi res jam definita sit, quod hujus sacramenti minister est contrahens, et non sacerdos: at hos talis, uno hoc argumento, ut mihi videor, facile et evidenter expedio. Fundamentum.

3. Tres sunt res quibus efficitur, aliquid ad fidem pertinere: aut enim in sacris libris habetur scriptum, aut Apostolici institutis est traditum, aut ex utrisque planè certa complexione, et consecutione colligitur. Nulla autem harum rerum efficere poterunt, matrimonium sine sacro ministro propriè contractum esse novæ legis sacramentum. Ubi ego, si thomistæ omnes cum Scotistis et Jesuitis existant, si cum antiquis juniores volent contra me pugnare, tamen superior sim necesse est. Ecquia enim Religio nos astrinxit, ut matrimonium, quod civiliter et prophanè Judæorum, Saracenorum, ethnicorum more sine sacris cæremonijs, sineq; Ecclesiæ ministro contrahitur, sacramentum esse propriè fateamur? Presertim cum contraria sententia non modo clarioribus, sed et ad Catholicam fidem tuendam facilioribus, et ad Lutheranorum tela depellenda solidioribus sit. Sic Patrum quidem memoria matrimonium propriè esse sacramentum, ita demum proditum est, si sacerdotij ministerium intervenit: sic Calixtus in epist. ad omnes Gallicanum epis. prodit. sic Siricius ad Himerium Tarraconensem epis. cap. 4. sic Nicolaus I. relatus 34. q. 2. c. Lotharius. sic Hormisdas et alij summi Pontifices, quos refert Gratianus 30. q. 5. prodidere, et certe locupletissimi, qui ibidem referuntur Can. Alitex: matrimonia ita inquit exacta sciote esse connubia: alitex vero presumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes. sic Concilia quamplura habent. Carthaginense 4. can. 13. affertur 30. q. 5. c. Synodus. Concilium Lugdunense relatum 35. q. 3. c. Nulli. Concilium Lateranense de simonia. C. cum in ecclesie corpore. Concilium Constantiense sub Martino V. in fine Concilij. et Patres Concilij Provincialis Coloniensis an. 1536. p. 7. cap. 4. nobis adstipulantur, dum clarè idipsum insinuant, dicentes: Quod sacramenta, signa, sicut decet, accipiat, accedente sacerdotali precatione, conferat donum spiritus, quo vir diligat uxorem amore casto, sicut Christus dilexit ecclesiam. Quod ipsum clarius expressit ejusdem Concilij Præses Hermannus Archiep. Coloniensis, qui in suo Catech. pag. mihi 273. hæc de Matrimonij Ministro habet: videmus et in veteri Lege quosdam fuisse, qui Dei vice conjuges conjungerent: quanto ergo magis putandum est, in nova Lege, sacerdotes, qui legatione pro Deo fungantur, legitimos hujus sacramenti ministros esse. Mitto plura alia Concilia tam ante, quam post Tridentinum celebrata, quæ afferunt hanc sententiæ patronos Franciscus Sylvius in suppleme. 3. part. q. 42. art. 1. et Jacobus Hyacinthus Serry in Præfat. ad novam editionem oper. Melchioris Cani cap. 7. §. Novam. Mitto etiam plura ritualia vetera, et Moderna allata à nostro Melchiore Cano in hac parte, et Daniele Concina in sua Theol. Christ.

tom.

tom. 10. lib. 2. de Matrim. dissert. 1. c. 5. [illegible] Hanc ipsam antiquâ
Patres propugnarunt. Clemens de privileg. religios. Ambrosius lib. 1.
ep. 1. quæ scribitur ad Vigilium. Guillielmus Parisiensis tract. de
Matrimonij Sacram. Cap. 9. Petrus Paludanus in 4. d. 5. q. 2. et alij
quorum solidam mentem proposuerunt PP. Concilij Tridentini
Simon Vigorius, et Theologi Parisienses ejusdem sententiæ assecla.
Quare immeritò nota singularitatis inuritur à Soto in 4. d. 26.
q. 2. art. 3. siquidem jam pretea citatos ipsam publicè fuit
fecerat unus pro mille Ill. Melchior Cano de loc. Theol. Lib. 8. c. 5.
quem postea preter citatos ipso posteriores Sylvium, [illegible]
Concinam, et Sexty sequuti sunt Petrus de Maaco tract. de Matr.
Gitius in 4. d. 26. §. 10. Joan. Bapt. Duhamel tom. 2. suæ Theol.
in folio impresse. Cap. 6. tract. de Matrimonij sacram. Eusebius Amort
t. 3. Theol. Eclectic. tr. de Matr. Gaspar Juenin disseret. 12. q. 3. de sacram.
quam antehac etiam tradiderant Cardinalis Toletus sum. lib.
7. c. 6. et Petrus de Ledesma de Matr. q. 42. art. 1. dub. 4. et
post ipsos plurimi alij ab allatis Doctoribus propriis locis citatis.
eandem propugnarunt sententiam, de qua Smus D. N. Be-
nedictus XIV. de Synodo Diœc. lib. 7. c. 28. n. 4. hæc ait: hucusq;
explicata Melchioris Cani sententia, tot Doctorum suffragi-
jis communita, est valdè probabilis, ac quæque liberum, absque
ulla censuræ nota, eam amplecti, uti fatentur Habert in theol.
Dogmat. et mor. tr. de Matrim. c. 4. Natalis Alexander theol.
dogmat. et mor. de sacr. Matrim. art. 5. §. 2. et Genettus theol.
Mor. tom. 5. tr. 9. c. 4. et Claudius Fasseau t. 12. edit. Dom. 1722. tr. 3. disp. 2. art.
2. q. 3.
Quæ omnia hic conferre nobis opus fuit, ne nova in
Scholas inferre videremur. Non inficior cum cit. Smo Be-
nedicto oppositam sententiam esse communiorem, et cum
doctissimis Hondrago, Fonseca, nostrisque Patronis, de Sacram. Matrim. pag. mihi 120. et
Segg. editionis Paris. impunè fateri non abnuo, quòd si eo nume-
ro Scholasticorum pugnandum hic foret, vinceret haud dubiè oppo-
sita

¶. Gitius in 4. sent. d. 26. §. 10. Nicolaus Hearnicien. tract. de Sacram. tom. 3. Cap. 5. Aureolus Viette par. 6. qq. Theologic. tract. 13. Joan. Petr. Gibert. Consult. Canonic. de Matrim. tomo 1. Consult. 55. Maldonat. quæst. 1. de Matrim. Le Drun lib. 10. de Sacram. quæst. 11. Florentius de Cocq. sect. 7. Leonardus Vannoy quæst. 11. item: Fr. Ovandus in 4. d. 28. Propos. 2. Gregorius Schoonaert Exam. Confessar. tr. de Matrim. C. 2. Flavianus Ricci à Cimbria in Theol. Gallicana elij instaurata tr. 14. Dist. 13. de Matrim. q. 2.

* 3

sita sententia. Ut dum et mentem meam potentissimo rationum
pondere convincerem alliùs, et me totum à meij in Schola incuna-
bulis, quasi naturali quadam vi in hanc partem rapi prospicio, ad
tantorum Doctorum provolutus pedes, hic meam conclusionem fasso:

Sacræ Theologiæ Doctoribus inter se invicem disputantibus
in designando legitimo Ministro Matrimonij Sacramento,
ijs nos firmiter adhærentes, qui sicuti cæteris Sacramen-
tis omnibus, ita et Matrimonio nonnisi Sacrum tribuunt
Ministrum, Parochum nempè, non verò contrahentes, quos ci-
vilis dumtaxat contractus ministros esse censendos existimamus.

Hanc Conclusionem penè ijdem eramini defendi in ipsa Urbe Bo-
ma R. P. Dominicus Thomas Maria Brizi Urbevetanus, assante
A. R. P. M. Thoma Ignatio Maria Natta Ordinis Prædicatorum,
in publicis thesibus habitis in Conventu S. Mariæ supra Minet-
vam ejusdem Ordinis die 22. Julij anni 1754. dicatis Rmo
P. Ignatio Viceconiti Soc. Jesu hunc temporis Præposito Generali,
in quibus post statutam primam Conclusionem, qua Sacrarum i-
maginum cultum adversus Iconoclastas propugnabat: et in secunda
stabilitum Sacrum Celibatum: hanc Thesim nobis valdè arridem
tem thesim proposuit, cum hac tamen differentia, quòd loco illorum
verborum nostræ, ijs nos firmiter adhærentes, ita ponebat, ea nobis
probabiliora, veroque magis accedere videretur sententia: abhis au-
tem licèt gravissimo fundamento prolatis, nos consultò abstinu-
imus, ne principale nostræ resolutionis assumptum, in majoris, vel mino-
ris Opinionum probabilitatis quæstionem verteremus.

6. Pater noster [illegible], et [illegible] Magister
Joannes [illegible] Scotus [illegible]
[illegible] nihil in hoc decer-
nit: lepe ipsius libenter nisi statim ejus pendentemque va-
cillantem animum deprehendens: tu verò me aut scrutum aut
temerarium judicato. Reliqui itaque nos liberos, ut in
hac materia unusquisque in suo sensu justa solidam rationem
abundet. Ad hanc itaque conversi, hac unica nostram firma-
mus

* 4. sent. d. 26. q. un. §. Sed quia. V. De ministro et aliud dubium. Ubi rem eo prote-llo tractat.

mus Conclusionem: ille est legitimus cujuslibet Sacramenti Minister, qui illud rei Sacræ Sanctificantis nos signum sensibiliter Sacrum ex officio conficit; sed solus Parochus, vel de ejus aut Ordinarij licentia Sacerdos ita conficit Matrimonium: ergo. Major est omnibus notissima: tum ob ipsam Sacramenti definitionem: tum ex M. Parente N. Augustino, qui lib. 10. de Civ. Dei cap. 5. definit non quodlibet signum rei Sacræ esse Sacramentum, sed quod sit Sacrum signum: et in epist. ad Bonifacium tradit, opportere res ipsas corporeas, quibus Sacramenta constant, imaginem, et similitudinem gerere ejus Sanctificationis, cujus sunt signa et causæ: tum etiam, quia cum sint opera Divini cultus, et religionis, debent præ se ferre aliquid Sacrum, quod rei Sacræ signaculum sit.* Patet etiam quoad Ministrum, ille enim solus dici proprie potest legitimus, qui ex officio id conficit: licet enim v.g. in Baptismo laicus possit aliquando ministrare, hoc non præstat ex officio, ut omnes fatentur, sed per accidens propter æternam baptizati salutem: et ita omnes‡ docent Baptismum soli Sacerdoti competere ex officio, ut alijs conferat: et in casu quo laicus ministret, tunc ex alio capite sensibilizatur ejus Sacratio, nempe, ex forma, quæ primo intuitu apparet omnino Sacra.

7. Probo nunc minorem: ille solus ita conficit Matrimonium, qui solus præstat, ut contractus ex se civilis exeat in tale signum sensibiliter Sacrum rei Sacræ; sed solus Parochus id præstat: ergo. Probo minorem: ille solus hoc præstat, ultra quem non est caput, ex quo sensibilizetur Sacratio talis signi; sed ultra Parochum, non est quo sensibilizetur Sacratio Matrimonij: ergo. Probo minorem: ultra Parochum nullum aliud caput ibi invenire potest ad talem Sacrationem sensibilizandam, præter ipsos contrahentes, et materiam, formamque ab ipsis exhibitas; sed nihil horum potest hoc efficere: ergo. Probo minorem: non possunt id facere contrahentes, quia sunt personæ laicæ, et homo tantum cum videt Sacerdotes, potest sic nos existimare ut Ministros Christi, et ex officio dispensatores mysteriorum Dei ex 1. ad Corinthios cap. 4. non item materia, aut forma ab ipsis exhibita potest Sacrationem sensibilizare, quia etiam ipsæ ex se ipsis, et vel prima facie sunt prophanæ, et à prophanis personis adhibitæ, à quibus Sacratione carentibus nullam possunt accipere, ut Sacramentum conflent:

ergo

* tum ex Mag. sent. 4. d. 1. B. Sacramentum est Sacrum signans, et Sacrum signatum. Et dist. 26. lit. E: constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioquin non esset Sacramentum. Sacramentum enim Sacrum signum est: tum denique ex D. N. Subtili in 4. d. 1. q. 2. quam totam absumit in simili definitione explicanda.

‡ uti expressè statuit Scotus in 4. Reportat. d. 6. q. 1. n. 4. ℣. si autem quæratur.

[illegible]: ergo ultra Parochum non adest caput, unde sensibilizetur Sacratio Matrimonij: et consequenter solus ipse est legitimus ejus Minister, quà Sacramentum est, non verò contrahentes, qui civilis dumtaxat contractus Matrimonij Ministri censeri debent.

8. Explicatur Conclusio, et ejus efficax fundamentum nostrum. Quemadmodum in Pœnitentia optimè distinguimus virtutem, et Sacramentum; ita in Matrimonio contractum humanum à Sacramento secernimus. Pœnitentiæ virtutis minister non est Sacerdos, sed solus Pœnitens ejusdem præstat officia: pœnitentiæ verò Sacramenti solus Sacerdos minister est. Similiter matrimonij, ut est humanus contractus, ipsi conjuges causa sunt effectrix; contra matrimonij ut Sacramenti causa perficiens est Sacerdos. Hæc omnia exactè sibi constant, unàque optimè consistunt. Quid est autem, quòd dum materiam nos, et formam, ac ministrum Sacramenti quærimus, hoc est, res quasdam religione Sacras, adversarij verò de forma, materia, ministroque contractus prophani naturalisque respondent? Nam si apud Ethnicos de pacti illius conventionisque materia, forma, ministroque controversia esset, non aliter profectò illi ac nostri Theologi loquerentur. Ita Lutherus more suo Theologos satis jocosè lusit, quia religionis nostræ Sacramentum ex his vel integrum et perfectum constituissent, quæ penitus omnia in matrimonijs paganorum reperirentur. Ac certè materiam, formam, et ministrum civilis, naturalisque contractus, quibus in omni semper lege omnes usi sunt, quæque perpetuò et fidelibus et infidelibus fuere communes, eadem omnino esse materiam, formam, et ministrum, quibus integra et perfecta nostræ religionis constituantur Sacramenta, non Luthero dicam, sed vix cuiquam hæc absque passione perpendenti persuaderi poterit.

9. Ego quidem cum ad respondendum argumentis Lutheri me comparo, quibus ille multipliciter Sacramentum hoc conatur evertere, non id defendendum sumo, prout ab adversarijs statuitur, sed ipsum ad talis Sacramenti Patronos mitto, et ipsi

res-

(verba desumo ex MM. Cano, et Concina, quorum energiæ meam substituere inertiam non æquum judicavi).

respondeamus, si potuit. Sine certo argumentorum Lucubratu, ex Hagiodoxi, matrimonium cum sacris ceremonijs, cum materia sacrata & sacra forma, et à sacro ministro administratum, quem admodum in Ecclesia Romana semper usque ab Apostolis administratum est: sic hoc, inquam, argumententur sacramentum Ecclesiæ non esse, tunc catholicum respondeam fidenter, animose defendam, secure contra pugnem. Porro enim consentaneæ causæ omni poscenti reddere de ea, quæ est in Ecclesia, firma, perpetua, constansque doctrina. Porro fidem quoque nostram et suaviter insinuare fidelibus, et graviter ab infidelium calumnijs vindicare. Qui autem adhuc contra nos steterint, non habere stratum nostra placita damnare, sed idonea aliqua argumentatione refellere. Ego enim certe non is sum, ut ajebat Melchior Canus, qui nihil unquam tali approbem, sed ea, quæ dissero tamen, non arroganter præjudico, nec revoco ad arbitrium meum, sed vel sanctorum testimonijs, vel ratione probabili consentaneaque confirmo. Sic jure ac merito possum à vobis vicissim docatissimis postulare, ut de me nonnisi causa cognita judicetis. Quod si fundamenta, quibus ego ducor, talsam me habere sententiam doceatis, gratissime accepturus sum. Hæc ea notare sententiæ Patronij debebata, dum inspicitam in Hispanijs controversiam apitamus, omnibus exhiberemus, opus fuit, amplioza datum, prout vestra acutissima argumenta postulaverint. Dixi.

§us 2us

Argumenta expendantur.

10. Argues 1°. quodam casu, quo Nuncius Urbis in Benedicty XIV. sup. cit. aut nolus, et solidius tutius posse adversarium doctrinam, quam etiam ab his præmissum advertit. Sic ratiocinatur: In locis, in quibus Tridentinum jam est promulgatum, non raro contingit, virum, et fœminam, Matrimonium inter se contracturos, inopinantem Parochum adire, et coram eo, quamvis invito, et reluctante, ac duobus testibus, ibidem tantum astantibus, mutuum in conjugium consensum exprimere, atque inde statim se sebducere, quin Parochus ullum, nisi forte aliquas objurgationis, verbum protulerit: Sed in hoc casu, ubi aperte deficit intentio, et concursus Ministri sacri, nullam prorsus formam pronuntiandi, verum tot Sacramentum ergo: Probatur minor: Ne Ecclesia videretur se Matrem esse, ac Judicem aliquando oblivisci (quod asserere, aut cogitare abhorret), deberet tunc casus illos contrahentes compellere, aut saltem hortari atque inducere ad suum contractum legitime, confutisque adhibitis sacris ritibus, iterum renovandum coram proprio Parocho, cujus verbis fiat Sacramentum: atqui hoc nec jubet, nec hortatur Ecclesia: ergo signum est ibi fieri Sacramentum, etiam deficiente intentione, et concursu Ministri sacri, nullam prorsus formam pronuntiandi.

11. Negatur minor, cujus probationi major etiam est falsa, quamvis superaddatur ei implicita probatio necessitati, quæ adest de tali præcepto, aut hortamento, ut non conseguatur absurdum illius oblivionis Ecclesiæ: ne, scilicet, fideles sic copulati perpetuo careant gratia, quæ ex Sacramento Matrimonij in contrahentes derivatur. Siquidem in prædicti decreti, aut hortamenti omissione advertandum prefixum inconvenient de carentia gratiæ sacramentalis in talibus fidelibus, nec Matrem nec Judicem se esse oblivisciturus Ecclesia, imo ut prudentissima Mater ac Judex circumspecta procedit. Non judicem se ignorat: nam, cum hucusque nihil ergo verum legitimumque hujus Sacramenti Ministrum deprehenderit, sed disputationis Theologorum reliquerit, non est cur ad iterum contrahendum contrahentes obligaret, hoc enim esset aperte declarare Sacerdotem esse Ministrum, non autem contrahentes, de qua declaratione citatus Summus Pontifex etiam Synodo omnes Dioecesanas immunes esse de-

debere dictitavit. Quin etiam, supposita prædicta Ecclesiæ prudentissima indifferentia circa hoc punctum, nihil ipsius decretis præjudicarunt contrahentes illi, qui ut obedientissimi Ecclesiæ fideles filij, et punctuales decretorum Tridentini observatores, Parochum adierunt, et coram duobus testibus, (astarent fortuitò, vel non? quid ad rem?) suum consensum mutuò expresserunt, et acceptarunt, quod unicè exprimit prælaudatum Tridentinum in saluberrimo decreto Sess. 24. Cap. 1. de reformat. Matrim: Vel saltem Parocho et duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur.

12. Nec etiam Matrem se pijssima prætermittit Ecclesia: ob immediatè dicta, ne scilicet, dum materna pietate ducta consilium seu hortamentum ad majorem securitatem obtinendi sacramentalem gratiam suis clientibus exhiberet, integritati sui judicij derogaret, quatenus non obscurè favebat nobis, et consulebat nostram opinionem adversus oppositam, quam hoc difficulter solubili argumento cum ipsa Ecclesiæ mente premeremus: et Ecclesia Catholica in his, quæ ad fidem non attinent, sed à Theologis acriter inter se disceptantur, mirabilem semper circumspectionem sibi à spiritu sancto inditam observavit. Audiatur ipsius spiritus sancti Organum, visibile Ecclesiæ caput, viva Dei vox Ssmus Dominus noster Benedictus XIV. qui post relata, et ponderata utriusque Opinionis momenta, sic caput 28. citatum concludit n. 9: „Utriusque Opinionis solidiora fundamenta „innuimus, non animo quemquam inducendi ad unam, vel al„teram amplectendam, sed ut Episcopis sit persuasum, utram„que esse probabilem, suosque habere magnæ auctoritatis Patro„nos; atque inde non decere discant, ut ipsi Judicis partes assu„mant, quæstionemque definiant, de qua, Ecclesia nihil hacte-

„nus

„nus pronuntiavit, sed Theologorum disputationi permisit. „Quare acturi in Synodis de Matrimonio, proponant quidem, „explicentque doctrinam, à Concilijs Florentino, et Tridenti„no, de ejusmodi Sacramento dissertè traditam, sed caveant, „ne aut Parochum, aut ipsos contrahentes, ejusdem Ministros „appellent; suorum verò Prædecessorum Synodos, in quibus „Ministri nomen vel istis, vel illi inditum reperiunt, intac„tas relinquant, ne eas corrigendo, aut approbando, in idem „incidant vitium, alterutri suffragandi, ex controversijs inter „Theologos opinionibus, à quo Diœcesanas Synodos prorsus im„munes esse debere, hucusque inculcavimus.

13. Viden planè vanum absurdum, quod in tali casu argumentum inferebat ex nostra doctrina. Si autem contra nos nunc inferas, quasi crudeles esse in nostra resolutione, dum tales contrahentes gratia sacramentali privamus. Respondeo primò, Doctorem subtilem huic objectioni prævio calamo respondisse in 4. d. 26. q. Un. S. sed quia n. 15. ubi rem ex professo tractat, et postquam nutanter ab initio loquitur, nil planè resolvens circa legitimam formam, aut Ministrum talis sacramenti, sic ad nostrum concludit intentum: „Si autem stringendo for„mam ad certum signum, et ad ministros determinatos, „opporteat consequenter dicere, quod non omnes contrahentes „in lege Christiana recipiunt Sacramentum, potest tamen di„ci, quòd percipiunt gratiam, si aliàs non sit obex, quia Deus „assistit ibi propter difficultatem contractus honesti; non tamen „tantam gratiam, quantam perciperent cum Sacramento, „maximè si impossibilitas non excuset. / Nos ergo Mariani Doctoris doctrinæ ex debito inhærentes, gratiam, licèt non sa-

cra-

cramentalem, concedimus, et dum aliam ibi agnoscere non possimus, ubi etiamsi nullus sit obex, imò magna humilitas et obedientia statutis Sanctæ Ecclesiæ, tamen legitimus Minister non accedit pronuntiando formam, non est cur crudelitatis arguamur, maximè cum prudentissima pietas, et scientia Doctoris N. subtilis hæc, vel simile argumentum ~~[illegible]~~ præveniat, hanc tribuens pijssimam, prudentissimam, sapientissimamque solutionem: quæ amplius patet ex secunda argumenti enodatione, quam jam damus.

14. Secundò respondeo, et est principalis solutio à paritate. Nullus est ab initio Ecclesiæ ad hæc usque tempora, qui crudelitatis arguat Catholicos Doctores, ex eo, quod omnes unanimiter, una voce, et in universum asserant, nemini recipere sacramentum, nec ulli infundi gratiam sacramentalem, nisi Minister talis sacramenti accedat proferens cum intentione formam super elementum, quod sit ejus materia. Ponamus exemplum in Sacramento Pœnitentiæ. Accedit quisque homo verè Pœnitens, ideoque verè contritus, cum sufficienti culparum examine, cum firmo proposito non peccandi de cætero, qui post absolutam perfectamque suorum scelerum confessionem, quam omnibus numeris bonam suppono, petit à Confessario absolutionem ad obtinendam gratiam sacramentalem, at Confessarius sive ob malitiam, sive ob reluctantiam, aut aliud pravum motivum nullatenus absolutionem ei elargitur, nec ejus verba pronuntiat: interrogo: ille homo recipiet sacramentum, necne? neutiquam, quia talis est essentia rerum, ut nisi posita in esse, nullo modo res existent. Ideoque licèt Pœnitens ille dolorem, virtutemque Pœnitentiæ adhibuerit, dummodo Confessarius non accedat † proferens verba formæ super tale elementum, nullatenus sacramentum conficiet, nec

† ad complendam sacramenti essentiam,

verè

verè Pœnitens gratiam sacramentalem recipiet; gratia etquidem multa ei tribuetur à Deo, qui eam non denegat facienti quod est in se, sacramentalis autem gratia nullo modo. Idem ipsissimum docemus in casu argumenti.

15. Anne justè arguentur quasi nimium crudeles omnes omninò, qui docent de Sacramento Pœnitentiæ id ipsum, quod nunc nos expressimus? arguetur quidem Confessarius, qui verè pœnitenti injustè denegavit absolutionem, nec voluit ei conferre sacramentum, ut gratiam sacramentalem reciperet. In casu ergo argumenti arguatur ~~[illegible]~~ Parochus, qui contrahentibus, què humiliter, et submissè obediendo præceptis Tridentini, ad eum accedebant pro sacramento, noluit benedictionem conferre, nec verba formæ proferre, ut facto et confecto sacramento super contractus elementum, illi gratiam sacramentalem reciperent. Cæterum non arguamur nos, qui non aliam doctrinam de hoc Matrimonij sacramento damus, nisi ipsissimam, quam tota Theologia nos docuit de reliquis Ecclesiæ sacramentis, à quibus in ratione sacramenti nullam distinctionem agnoscimus in Matrimonio, quod indiscriminatim absque ulla limitatione inter cætera novæ legis annumeratur à Tridentino citato, hæc proferens in doctrina, quam initio sessionis cit. 24. dedit de Matrimonio: „Matrimonium meritò inter novæ Legis sacramenta annumerandum, Sancti Patres nostri, Concilia, et universalis „Ecclesiæ traditio semper docuerunt.

16. Insistere adhuc potes, allatum in responsione exemplum non valere, nihilque probare, quatenus verè Pœnitens non eo ipso privatur in perpetuum gratia sacramentali, potest enim alium adire Confessorem, quod facere nequeunt contrahentes, qui absolutè carent remedio, non enim alium præter proprium

um Parochum possunt convenire, ex decreto sæpius laudato Tridentini, qui à proprio Contrahentium Parocho, non ab alio nisi de ipsius licentia, consecrari matrimonium voluit: ergo. Triplicem responsionem adhibeo. Primò respondeo instantiam non tenere, ex eo quod licet in Sacramento Pœnitentiæ verificari possit, qualiter facta vera confessione, et non obtento Sacramento propter malitiam Confessarij, potest cum ipsa Confessione, et recitatione culparum repetita, et revalidata Sacramentum ab alio adipisci, non sic autem in Matrimonio, si vera docent nostræ sententiæ adversarij Acutissimus Vazquez tom. 2. in 3. part. disp. 138. cap. 5. et tom. 4. disp. 2. de Matrimonio Cap. 10. Basilius Poncius de Matrim. lib. 1. cap. 9. n. 8. citantes pro se Durandum in 4. d. 26. q. 3. n. 14. et alios, quorum mentionem brevitatis causa omitto ibi videndam: nempè, quòd contractus conjugij semel validè initus, nisi cum iniretur Sacramenti naturam induerit, nunquam deinceps poterit Sacramentum effici. En solutam instantiam ex doctrina probabili adversariorum, quam ut verè probabilem hic revocare nobis licet, ut omnibus respondeamus doctrina non à nobis excogitata, sed à pluribus suæ opinionis edocta.

17. Ad secundam instantiæ solutionem accingor, si fortè in memoriam revoces, quæ de simili solutione dixit SS. P. Benedictus citatus „ Verùm hac responsione difficultatem „ non evadunt; siquidem alij longè plures Doctores, quos recen„ set, et sequitur Sanchez lib. 2. de Matrim. disp. 9. existimant, „ Matrimonium, quod fuit validum solùm in ratione contrac„ tus, posse deinde renovari, et assequi virtutem Sacramenti, qua„ prius caruit. / Si inquam hæc opponas, dico SSmum Patrem hæc dicere, non quòd agnosceret argumentum nullatenus solvi hac responsione, quod credere non licet, cum hæc responsio fundetur in doctrina solida, verè probabili ipsorum adversariorum,

rum, sed quia pro suo solito volebat argumenta enodari doctrina, si possibile foret, ab omnibus admissa, et ut plurimum educta ex proprijs principijs respondentis, non ex adversariorum momentis resumpta, hoc enim non est propriè ipsorum refringere tela, sed in ipsos ipsa retundere. Itaque ut pro posse menti ipsius Benedicti Sanctissimi conformemur, post revocatam sagittam in ipsos sagittarios, accipe secundam, sed genuinam instantiæ solutionem. Aut præfati contrahentes præsumebant Parochum ipsis reluctaturum, aut non. Si rationabiliter præsumebant, remedium habebant, recurrendo ad Ordinarium, qui suo decreto vel ipsum Parochum ad ipsos benedicendos cogeret, vel alteri Sacerdoti, aut vicinioris loci Parocho (si in loco contrahentium alter Sacerdos, quàm Parochus non aderat) facultatem præberet Sacramentum conficiendi: nam verbum Concilij non est alligatum ad proprium Parochum præcissè, sed vel ad ipsum, vel ad alium ab Ordinario assignatum: sic habet Sacrosancta Synodus Tridentina citata. cap. 1. „ Statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, „ nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario, licentiam ad prædictam „ benedictionem faciendam alij Sacerdoti concedi posse.

18. Quod pluries factum vidimus in parvis villis, ubi unus tantùm Sacerdos, nempè Parochus degit, si rationabiliter præsumitur ipsum esse reluctaturum, præcipuè si contrahentes, vel alter ipsorum sit consanguineus Parochi, et absque hujus placito nubere voluerit: et tunc ne Parochus impediat Matrimonium, nupturi recurrentes ad Ordinarium, licentiam ab ipso impetrarunt, ut vel Sacerdos (si alter adsit), vel vicinior Parochus Matrimonium consecraret. Si autem rationabiliter ipsum non præsumebant reluctaturum, et inopinatò eum adeuntes repulsam passi sunt: tunc si Sacramenti gratiam adipisci velint, vel ipsum Parochum, mediantibus alicujus auctorita-

tatis viris, conveniant: vel Ordinarium appellent, ut Parochum ad benedicendum ipsis obliget: vel alium expectent Parochum proximè, si fortè proprius aliò transferendus citò præsumitur: et interim, si expresso jam verbis mutuo consensu, et acceptato coram Parocho, et duobus testibus (prout in argumento supponitur), se contineri nequeant, matrimonium consumment, et hoc licitè; utpote qui, quantum fuit ex ipsorum parte, impleverunt, nec enim Concilium ad quid aliud cogit contrahentes, ut Matrimonium sit licitum, nisi ut conveniant Parochum coram duobus, vel tribus testibus: si autem Parochus renuerit, Parochi culpa est, non contrahentium: et jam in tali casu non prævento continentia fortè difficilis est, et certè licita. Et licèt matrimonium sit consummatum, benedictionem præcentur, ut Sacramentum accipiant, ex suppositione doctrinæ Sanchez supracitati. Etiam hoc non est difficile, siquidem nuptiæ, si fortè primæ sint, præter primam consecrationem, qua Sacramentum fit, postea solemniter benedicuntur in Missa pro sponso, et sponsa, et tunc revalidare possunt contractum præmissum, et benedictione illa: Ego vos conjungo &c. (aut alia juxta concilium) à Parocho ipsis impertita, Sacramentalem gratiam cum Sacramento recipient, si obex non adfuerit.

19. Jam tertiò respondeo ad instantiam, et est etiam principalis solutio. Si tibi displicet paritas apposita in Sacramento Pœnitentiæ, ex eo quòd Pœnitens non ideo in perpetuum carebit gratia sacramentali, sicuti contrahentes, ob rationem, quam affert instantia: assume paritatem in Sacramento Ordinis, quod etiamsi humillimè petatur ab Episcopo, dummodo hic nolit, nunquam ipsum recipiet, et ejus gratia semper carebit postulator, quamvis hic sit probatissimæ vitæ, et scientiæ, et ex omni capite sit illo dignus. Nec crudelitatis arguentur Theologi, qui omnes hoc docent; arguetur quidem (sicut ibi Parochus, aut Confessor) Episcopus, quia injustè denegat; at sive justè, sive injustè renuat, nec accedat ad elementum proferens formam, Sacramentum Ordinis nullus recipiet.

20. Argues 2º alio fundamento, quod in favorem oppositæ sententiæ etiam affert SS. Benedictus supracitatus, et ab adversariis item prætermittitur: In locis, ubi Tridentinum decretum non est receptum, clandestina conjugia, quæ iniuntur absque Sacro Ministro, sunt Sacramenta: ergo. Probatur antecedens: si non essent Sacramenta, Ecclesia non negligeret Fideles urgere, ut coram Sacerdote sua connubia, debito modo instaurarent, aut renovarent, ne frustrarentur, ad minimum spe consequendæ gratiæ, quæ saltem in multorum, probabili et communiori sententia, ex contractus iteratione ipsis obveniret (hæc sententia, quam hic repetit Papa, est quam supra innuimus n. 17. ex Sanchez.); atqui in prædictis rerum eventibus, Ecclesia fideles non urget, ut coram Sacerdote instaurent conjugia: ergo. Respondeo ad argumentum primò: nos non esse obligatos ad sustinendas omnes opiniones morales, tantùm eas cogimur, quæ non sint improbabiles, sed verè probabiles defendere, qualis supra ibi relata opinio Durandi, Vasquij, Poncij, et aliorum ab ipso Pontifice pronuntiatur, nec enim opinionem Sanctij vocat vel probabiliorem, sed tantùm probabilem, licèt communiorem: itaque stando opinioni Doctoris Acutissimi, dicimus, Ecclesiam id non curare, quia conjugia semel validè inita in ratione contractus, nisi in eorum pactione Sacramentum induerint, non amplius poterunt deinceps Sacramenta effici.

21. Secundò respondeo, admittendo Sanctij doctrinam: et dico adhuc Ecclesiam rationabiliter, et prudentissimè id non curare, et do potentissimum fundamentum. Sancta Ecclesia ab ipsis usque Apostolis, perpetuis temporibus, clandestina conjugia abhorruit; qua-

qualiter legimus C. Non omnis. C. Honoxantus. et C. Fin. 32. q. 2. C. Aliter. et C. Nostrates. 30. q. 5. C. Videtur. Qui matrimonium accipere possunt. Quare contra ipsa clamare non desistit, ipsa detestans in Concilij Toletano III. c. to. in Bituricensi 1552. art. 6. de Spons. et Matrim. in Cameracensi an. 1550. tit. 9. de Matrim. in Generali Lateranensi IV. sub Innocentio III. c. 51. et C. Cum inhibitio. De clandestinis desp. et in alijs plurimis. Quoadusque frustrata ejusmodi decreta propter hominum inobedientiam sentiens, quotidie pullulantem pravorum procacitatem ultimo isthuc recidere voleus, ad eradicanda tales profanis conjugia accingitur in celeberrimo Concilio Tridentino, cujus decreti verba, ne Patribus injurius sim, ipsa refero, quæ habentur in ejusdem citata Sess. 24. C. Tametsi. ubi clandestinorum detestationem usque ad interrogationem sic enarrat:

22. „Nihilominus Sancta Dei ecclesia eos justissimis causis illa (clandestina Matrimonia) semper detestata est, atque prohibuit. Verum, cum Sancta Synodus animadverteat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse, et gravia peccata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis conjugijs ortum habent; præsertim verò eorum qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, et cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab ecclesia, quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: idcirco sacri Lateranensis Concilij, sub Innocentio III. celebrati, vestigijs inhærendo præcipit, ut in posterum &c:::. Qui aliter, quam præsente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, et duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddit: et hujusmodi contractus irri-

to/

„tos, et nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, „et annullat.

23. Quod salubérrimum decretum, sicut et reliqua ipsius sacri Concilij a Summo Pont. Pio IV. confirmata, ab universo Fidelium cœtu indiscriminatim observari sanctissimè præcipit tum in Bulla Confirmationis Concilij ejusdem, quæ incipit: Benedictus Deus &c. Dat. Romæ ap. S. Petrum an. 1564. per hæc verba „Sanctique „Spiritus in primis auxilio invocato, cum ea decreta omnia Catholica, et populo Christiano utilia ac salutaria esse cognovissemus, „ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum nostrorum „consilio, et assensu, in Consistorio nostro secreto illa omnia et singula auctoritate Apostolicâ hodie confirmavimus; et ab omnibus Christi fidelibus suscipienda ac servanda esse decrevimus; sicut harum „quoque litterarum tenore ad claniorem omnium notitiam con„firmamus, et suscipi observarique decernimus. Tum ex alijs ejusdem Pij IV. Bullis 1. quæ incipit: Injunctum nobis Apostolicæ &c. sub eadem Dat. in qua exprimit formam juramenti professionis fidei, et ubique gentium recipi et observari mandat; hæc habet: recepta quoque, et approbata Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto. et insuper in II. quæ incipit: Sicut ad Sacrorum Conciliorum &c. sub eadem Dat. in qua assignat tempus, exquo prefati Concilij Decreta omnes obligare cœperint. ex in III. ex Motu proprio: Alias nos &c. sub eadem Dat. in qua assignat octo Cardinales, qui decreta Tridentini observari faciant. Et denique in IV. quæ incipit: In Principis Apostolorum sede &c. Dat. Romæ 1565. in qua revocat quæcumque privilegia, quatenus decretis Tridentinis contraxierint. In quibus omnibus, universis in universum Christi fidelibus, Tridentino obedire sanctè præcipit.

24. Ad argumentum. Nullatenus angui potest repugnantia in Ecclesia Romana, ex eo quod clandestina conjugia in loco, de quibus argumentum, irrita, coram Parocho instaurari non curet. Quid

enim

enim amplius potuit facere Ecclesia, quam toties ea prohibere, et ultimo ea irritare? Quid potuit amplius praestare Summus Pontifex, quam innotescere decreti hujus obligationem omnibus Christianis ubique terrarum, ubique gentium habitantibus, aut degentibus? Si ergo tot decretales sanctiones, tot Concilia, quae supra retulimus, etiam ipsum Tridentinum, tot etiam intimationes Pij IV. de universali obligatione servandi hoc et reliqua decreta, spernunt degentes in locis, de quibus argumentum effatur, ut potè quae noluerunt recipere Tridentinum, ad quid exquiritur novum Ecclesiae decretum de talibus conjugijs instaurandis? Numquid, qui Tridentinum, et Pium IV. recipere noluerunt, novum super hac re statutum recipient? Nec credo. Maximè, quia ut omnibus notum est, et historiae clamant, unum ex motivis, ob quae noluerunt recipere Tridentinum, fuit, quia clandestina irritavit. Ergo meritò sacramentum, ejusque gratiam relegamus ab ijs, qui tam manifestae Conciliorum voluntati contrariantes, et vafrè superbientes, clandestina conjugia adhuc contrahunt: Nec ego tales sacramentum recipere, facere vè credam, nec asseram, donec Sanctae Matris Ecclesiae declaratio ad id cogat.

25. Argues 3°: juxta dicta matrimonia clandestina ante Tridentinum inita, non fuissent sacramenta; sed hoc asserere est absurdum, ut tot fideles effectu hujus sacramenti caruissent. ergo. Negamus absurdum hoc esse, ideoque falsa est minor. Contrahentium enim malitia id promeruit, qui nolentes Ecclesiae praeceptis obedire, universalique traditioni acquiescere, currentes post desideria sua, abeuntesque post carnem potius quam Decretis Sanctae Ecclesiae insistere, sicut et sacramento ita et ejus gratia privati sunt. Praeterquam quod, si illud asserere est absurdum, ut potè privamus tot fideles gratia sacramentali, credo plus absurdi sequi ex opposita sententia. Omnes sciunt, clandestina conjugia semper in Ecclesia fuisse proscripta, ut ipsum Tridentinum supracitatum asserit detestata, atque prohibita

tatis. Haec enim fuit vetustissima Patrum traditio, curatissimè observare, quod in Ecclesia sacrae Benedictionis ministerio conjugia sanctificarentur. Quem morem non obscurè innuit Synesius Cyrenensis, qui floruit initio Saeculi V. Hic scribens epist. 105. ad Evoptium fratrem, et successorem suum in Metropolitatu Ptolemaidis, quae Lybiae Pentanopolitanae est prima sedes, dum suum ante Episcopatum refert conjugium, ita loquitur: Mihi, et Deus ipse, et Lex, et sacra Theophyli manus uxorem dedit. (erat hic Theophylus Patriarcha Alexandrinus). Ut itaque appositè disserit eruditissimus eque, ac pijssimus Augustinianae Religionis vir Christianus Lupus in Schol. et notis ad Canones Synodi octavae. tom. 2. operum. pag. 1421. primae editionis, haec S. Synesij verba, Mihi sacra Theophyli manus &c. ostendunt Fidelium nuptias palam in Ecclesia fuisse semper ab Episcopo, aut Presbitero benedictas, et sanctificatas.

26. Inde ergo habemus, omnes ubique gentium constitutos, qui clandestina quandocumque inierunt conjugia, mortaliter peccasse, et in tali contractione omni gratia caruisse. Quod et adversarij tenentur fateri. En autem differentiam in nostra sententia negante talia conjugia esse sacramenta, unicum tantum peccatum lethale in taliter contrahentes regerimus: in opposita verò, quae statuit ea clandestina fuisse sacramenta, praeter mortale peccatum neglecti Ecclesiae ritus, et decretorum despectus, quod nos in eis agnoscimus, sacrilegio quoque eos implicant, qui in peccato mortali existentes sacramentum (ut existimant) conficere attentarunt. Mitiores itaque adversarijs ostendimus nos erga contrahentes illos, quos unius tantum sceleris reos agnoscimus, siquidem conjugia illa etsi vincula indissolubilia essent, sacramenta non fuerunt: at adversarij et mortale, et sacrilegium id scelus affirmare

co-

coguntur, unde violati Sacramenti majores pœnas subire teneantur, qui clandestinè ante Tridentinum contraxerunt.

27. Argues 4°: forma cujusque Sacramenti constans debet esse, et firma; sed si Sacerdos esset Minister hujus Sacramenti, ejus forma non esset firma, siquidem non cogitur illam adferre: Ego vos Conjungo &c. sed aliam quamlibet juxta Provinciæ ritum: ergo ejus verba non sunt forma: ergo nec ille Minister. Distinguo majorem: debet esse constans, quantum ad sensum, et significationem, concedo; quantum ad verba præcissa, modumque loquendi, nego. Hoc evidet in Baptismo, et Confirmatione, quorum forma Latinos inter, et Græcos nonnihil discrepat. Nec ex hoc quidquam adversum rationem Sacramenti congeritur. Ecclesia enim, etsi non sit auctrix Sacramentorum, attamen declarare potest, sicut in pluribus declaravit, quænam sint materiæ, et formæ Sacramentorum, quæ in Scripturis certas non habent: eademque in Spiritu Sancto legitimè congregata Tridenti, non solùm prædictam formulam, sed quamcumque juxta Provinciarum usum, aptam huic formando Sacramento declaravit. Patet etiam inter Latinos, in forma Sacramenti Extremæ Unctionis, quæ ab omnibus Theologis admittitur non fuisse instituta in specie infima, ideoque variè adhibetur in Ritualibus. In quibusdam exprimitur modo deprecativo, ut post Tridentinum Sess. 14. in doct. Sacram. Extremæ Unct. C. 1. Ritualia nostra exhibent: Per istam Sanctam Unctionem, et suam pijssimam misericordiam &c.

29. In alijs exprimitur modo Imperativo, et Indicativo, ut in Rituali MS. Pontificali Ecclesiæ ~~[illegible]~~ CP. annorum circiter 500. In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen. Unguo hanc frontem tuam: ut merearis pristinam salutem recipere, atque recuperare per ejus clementiam. In antiquo Pontificali Narbonensi, clarius videtur modo Imperativo, quod in præcedenti exhibetur indicativè, sic habet: In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti regnantis in sæcula sæculorum, accipe sanitatem corporis, et remissionem peccatorum tuorum. In alijs forma hujus Sacramenti mixtim indicativo, et deprecatorio modo conficitur. In MS. Pontificali Anglicano Monasterij Gemmeticensis, annorum 900. legimus sic: „Unguo te oleo sanctificato in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, sicut unxit Samuel David Regem, et Prophetam, „ut non lateat in te Spiritus immundus, neque in membris, neque in medullis, neque in ulla compagine membrorum. Sed „inhabitet in te virtus Christi altissimi et Spiritus Sancti, „quatenus per hujus operationem mysterij, et per hanc sacri „olei unctionem, atque nostram deprecationem, virtute Sanctæ „Trinitatis medicatus sive sanatus, pristinam et melioratam „recipere merearis sanitatem. Per &c. Item ex MS. insignis Ecclesiæ Turonensis ante annos 800. exarato apertius habetur sic: „Unguo te de oleo sancto in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, obsecrans misericordiam ipsius unius „Domini ac Dei nostri, ut fugatis omnibus doloribus vel incommoditatibus corporis tui, recuperetur in te virtus et salus, „quatenus per hujus operationem mysterij, et per hanc sacrati olei unctionem, et nostram deprecationem, virtute Sanctæ „Trinitatis medicatus sive fotus, pristinam et immelioratam „recipere merearis sanitatem. Per &c.

30. Unde quando certò non constat forma in specie infima, nec ecclesia certam assignavit alicui Sacramento, potest licitè, et validè uti quælibet, quâ aliqua utatur Ecclesia vel Provincia, ut vidimus in Sacramento Extremæ Unctionis: et in specie de Sacramento Matrimonij advertit.

ut Tridentinum, dum dicit: Parochus, viro et mulieri interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium conjungo, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti: vel alijs utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum. Neque nos formam hujus Sacramenti ad hanc precisse, Ego vos conjungo &c. reducimus, ut putat Boucat in Theolog. PP. tom. 8. edit. Venetæ. an. 1737. pane. 4. de Sacrament. dissert. 2. dum agit de dispositi. ritibus &c. Matrimonij. art. 3. quæst. 6. licet enim aliqui ipsam ut formam assignaverint, hoc ad mentem Tridentini fecerunt, ut eam veluti principaliorem discernant, quatenus præ alijs nominata fuit a Tridentino. Nec nos latet, quod P. Marzene [illegible], dixit tom. 2. de antiq. Ecclesiæ ritibus lib. 1. c. 9. art. 3. n. 6. „Inaudita ar„guit eos exarsse illa verba: Ego vos conjungo &c. in quibus ali„qui ex recentioribus Scholasticis formam hujus Sacramenti „constituunt, quæ tamen desiderantur in ducibus antiquis „Ritualibus Mss. Beccensis Monasterij, in Pontificali Senonen„si, annorum 300., in antiquo Rituali Parisiensi, et in ali„is penè omnibus, quæ a nobis postea exhibebuntur. / Inaudita quidem ante Tridentinum fuere hæc verba (præsis concedimus): numquid ideo forma esse non potuerunt? Nec ante Tridentinum art. sup. n. 27. audita fuit determinatio formæ Extremæ Unctionis: num forma non erit?

31. Præterquamquod recentiores Scholastici a Marzene innominatim recensiti, hanc præcipuam non unicam Matrimonij formam dixere, Tridentino innixi. Quod autem omnes Cani discipuli statuere intendimus, est, ut sacerdos verba proferat, quæ hujus Sacramenti formam præsentaque exprimatur stricta[illegible]sima animarum conjunctio, quæ præcipuum hujus Magni Sacramenti bonum est. Ita præ-

præcipuam reperimus in antiquis Ritualibus, pro quibus veritate jam sufficio Miss. missale Redonense ab annis circiter 300. scripto, quod in Turonensi Bibliotheca S. Gatiani asservatur, et ita exhibet benedictionem a sacerdote sponsis impertiendam: Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Ceremoniale Monasterij Lyrensis annorum 600. non abhinc ita exhibet: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob sit vobiscum, et ipse vos conjungat, impleatque benedictionem suam in vobis. Qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. In alijs autem locis mos exat, ut sacerdos hæc tantum verba proferret: Quod Deus conjunxit, homo non separet, uti refert Simonnet. Institut. Theolog. tom. 3. tract. 16. disp. 2. art. 2. §. 3. Quæ forma mihi videtur quam apposite usurpata, utpote desumpta ex verbis illis præcipuis, quibus Christus Dominus hoc Sacramentum instituit, prout nos docet D. Thomas Doctor in 4. d. 26. q. 2. art. §. sed quia n. 13. inquiens: „Ubi „autem non invenitur planum, quem Matth. 19. et licet ibi „tantum approbaverit contractum, Genes. 2. et per consequens „illud non instituit: instituit tamen Sacramentum. Quod „potest accipi ex illo verbo, quod addidit, Quod Deus conjun„xit, homo non separet; ut non intelligatur ibi conjunxisse „pro instituisse præcisse contractum Matrimonij: sed conjun„xisse extunc gratiose per institutionem Sacramenti conco„mitantis illum contractum conjungentem.

32. Et etiam in collatione Presbyteratus ecclesia Romana illa eadem verba desumit, quibus Christus potestatem sacerdotalem instituit Joan. 20. 22. et 23. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. relate ad ea, quæ dixit Matth. 18. 18. Cujus vestigia credo sequi voluisse loca illa, ubi sacerdoti ministranti, seu benedicenti Matrimonium

rem licenda præsumebantur illa tantùm verba: Quod Deus conjunxit, homo non separet. Neque quidem, et inconstantia enata inuri nexemur, qui perpetuam eamque fixam et constantem hujus sacramenti formam stabilire non curamus, Tridentini placitum excedere nolentes: nam, præterquamquod liturgia in nos injecta adversanti ipsi se maculant, dum adhuc fixam Matrimonij formam unanimiter non statuerunt, pluj ipsj Tridentinam declarationem observamus. Non enim, quam asserimus formam, ex Tridentina verbj decerpimus, quas autem illi adhibent, in Tridentino non reperient. Etiam: nos, et ut Florentini definitionem, et ut Tridentini mentem utatur verbj adamussim sequamur, sive prædicta verba Ego vos conjungo &c. sive alia id genus formam esse credimus, at semper verba: adversanti insuper non semper verba, aliquando nutus formam sacramenti declarant, ut jam non sint necessaria verba ad collationem sacramentorum, et vel mutos Baptizare, vel non loquentem episcopum ordinare fas sit. Nec unicam illam formam Ego vos conjungo, voluit assignare Tridentinum, quia antiquas ecclesiarum formulas difficillimum esset abjicere, nec valdè necessarium, dum in omnibus idem penè sensus haberetur.

33. Et quod amplius facit ad rem, est, quod etiam in formis, quæ immutari in scriptis, aliqua permittatur dissentia, ut de Baptismi, et Confirmationis formis loquimur, Latinos inter et Græcos. Baptismi forma præcisa Latinis hæc est: Ego te baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Græcis autem hæc nonnihil differens: Baptizetur servus, vel ancilla Dei N. in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Utrique legimus in Gabriele Philadelphis Antistite in libello de sacram. Confirmationis sacramen-

ti forma nostra sic habet: Signo te signo Crucis, et confirmo te Chrismate Salutis in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen. Græcorum autem formam in euchologio Græco, talisve ex alijs legit Boucat cit. in collatione Utriusque Ecclesiæ artic. 2. §. 2: Ut Domine omnium Deus, missionis dona ei, et signaculum susceptionis Sancti et Omnipotentis, adorandique tui Spiritus. Quæ utriusque sacramenti forma, etsi aliquò distantes, sacramenta in ecclesia Catholica, Latinam quæ ac Græcam in eludendo, planè conficiunt. Et etiam: licet Ordinarius Confirmationis Minister ab omnibus statuatur episcopus, tamen apud Græcos quilibet sacerdos illud ministrat: quod Leo privilegio plures simplices sacerdotes Latini chrismate ab episcopo consecrato confecerunt. Refert siquidem N. Wadingus in annal. Minor. tom. 11. ad an. 1444. et 1447. et tom. 16. ad an. 1521. et 1522. pluribus Franciscanis Religiosis id concessum esse à Nicolao IV. Joanne XXII. Urbano V. Eugenio IV. Leone X. et Hadriano VI. cujus diploma Hispali in magno S. Francisci Cœnobio asservatur, ex attestatione Wadingi: ex quo diplomate colligere passim licet, Hadrianum ad Petri Pontificatum, sedemque evectum, planè mutasse sententiam, quam antea in 4. dist. 7. art. 3. tradiderat, solum nempe episcopum posse id conferre, nec ad hoc adsipiscendum adesse in summo Pontifice potestatem. Quod idem privilegium concessit P. Custodi Terræ Sanctæ Ord. Min. Benedictus XIV. in sua Constitutione 10. et in alia, quæ est 87. §. 14. quæ adsunt in 1. tom. sui Bullarij pagg. 28. et 294.

34. Unde sicut Ecclesia Catholica non est levitatis, aut inconstantiæ notanda in ijs, quæ, ut apertissimè ostendimus, pro varijs ecclesiarum ritibus, et temporum vicissitudinibus Spiritus auctoritate permisit, erga formas, et Ministros sacramentorum, cui nos, qui ut addictissimi ipsi Ecclesiæ conformemur, hanc meamus sententiam, levitatis, et inconstantiæ an-

arguimur. Atque ut ex hucusque data doctrina, quid sinistrum adversarijs inferre non liceat, advertimus, quòd licet ex permissione, et approbatione Tridentini veram dicamus hujus sacramenti formam, vel illam Ego vos conjungo &c. vel aliam juxta receptum cujusque Provinciæ ritum; attamen ubi præfixa non sit, nec ante Tridentinum esset tunc recepta, non sine peccato alterari posse illam Ego vos conjungo &c. necessarium duximus declarare: siquidem permissio, et approbatio Tridentini, non adquascumque prolibito excogitandas formas se extendit, sed præter assignatam, nullam aliam approbare videtur, quæ sit extra receptum cujuscujusque Provinciæ ritum.

35. Argues 5º: Si Sacerdos esset legitimus hujus sacramenti Minister, ut verificaretur sacramentum, deberet benedictionem impertiri nubentibus; sed sine talis benedictionis collatione, matrimonium verificatur: ergo. Probatur minor: nullus dubitat secundas nuptias à Fidelibus initas esse sacramenta; atqui ibi non datur talis benedictio, quatenus secundæ nuptiæ prohibentur benedici tum apud Latinos in cap. 1. de secundis nuptijs. tum apud Græcos ut patet ex Constit. 57. Benedicti XIV. §. 8. num. 4.: ergo. Respondeo argumentum hoc inani nos vellicatione compellere. Nam benedictio, quæ secundis nuptijs denegatur, non est illa, quam in matrimonij contractione Parochus super sponsos profert, quæ quidem adhiberi debet, ut secundæ nuptiæ sint validæ, qualiter ex nostræ Regionis praxi didicimus, ut non solum super primo desponsatos, sed etiam super eos, qui tertiò aut quartò contrahunt, Parochi benedictio descendat. Quæ autem benedictio inhibetur est, quæ solemniter adhibetur in missa pro sponso, et sponsa, cum velantur conjuges, qui prima vice nubunt.

36. Ne autem injurius sim Ssmo Pont. Benedicto citato, à quo hanc solutionem ebibimus, liceat ejus verba referre, pro-

ut

ut ipse scribit loco cit. c. 28. n. 7. ubi ponderans adversæ sententiæ momenta, post istud propositum, sic prosequitur: „Verum „ejusmodi argumentum inane, et fallax est: etenim secundæ „nuptiæ non sunt quidem benedicendæ ea solemni benedictione, „quæ continetur in speciali Missa, pro sponso, et sponsa, de qua Nos „eginus in nostra Notificat. 80. quamque nullus umquam dixit „pertinere ad essentiam sacramenti Matrimonij; sed ut validæ „sint, contrahi debent coram Parocho, qui eodem planè ritu, „eademque verborum formula, in quam unicè cadit præsens „controversia, illis benè precatur. Igitur adversarij benè advertere poterant, Glossam Canonicam cap. citati in argumento dicere, et adnotasse, quòd ideo secundæ Nuptiæ non sunt benedicendæ, ne sacramenta iterentur: ergo possemus nos inferre, à sacra benedictione sacerdotis venire, ut Nuptiæ sint sacramenta, quatenus illius iteratio interdicitur, ne eà iteratà, iterentur sacramenta: unde sagitta in ipsum recidit sagittarium.

37. At nec hac redargutione egemus ad nostrum stabilimentum pijssimum sanè, ac religiosissimum, quo secundas Nuptias à Parocho consecratas prima illa benedictione sacramenta cognoscimus, sed causam talis prohibitionis proferimus, nempè, quòd secundæ Nuptiæ solemni benedictione, primò nubentibus exhibita, carere debeant: „Non ignoramus (prosequitur Benedictus immediatè ad verba num. præcedenti relata) „Glossam canonicam adnotasse, ideo secundas Nuptias non esse „benedicendas, ne sacramenta iterentur, sed nomine sacra„menti intellexisse arbitramur sacramentale, quod licèt in „se spectatum, semper iterari queat, hic tamen obstat specia„lis ratio, ne iterari permittantur: siquidem, uti scite, et ad „rem ponderat S. Thomas in 4. dist. 42. q. 3. art. 1. quamvis „secundum Matrimonium verum sacramentum sit, deficit

„ta-

„tamen ab illa perfecta significatione unionis Christi cum eccle-
„sia, que cum dicunt, et sit unius cum una, melius, et perfectius
„representatur per primum; propter hunc autem significa-
„tionis defectum, ecclesia denegat secundis nuptijs eam solem-
„nem benedictionem, quam primis impertitur.

38. Arguis 6°. et potest esse replica quasi argumenti: ergo semper debet proferre sacerdos verba: ego vos conjungo &c. presertim, ubi alia formula non adest. Sed contra: hæc verba non habere efficaciam ad significandam efficientiam con-junctionis animarum, quam immere debet forma hujus sacramenti: ergo. Probatur subsumpta: talia verba faciunt hunc sensum: declaro vos conjunctos; sed hoc non est efficacitea immene conjunctionem efficiendam virtute verborum, sed tac-tam virtute mutui consensus: ergo. R. Respondeo id esse arbitra-rium adversationum communitum, nam ipsa verba: ego vos conjungo in matrimonium præferunt potestatem sacerdota-lem, et efficientiam spiritualis conjunctionis conjugum, à sa-cerdote, tanquam ministro, seu causa instrumentali præstitam virtute divina, cujus mysterium designat in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Et amplius: ansam Novatoribus præ-bet, similiter interpretandi formam pœnitentiæ: ego te ab-solvo, nil aliud explicare, nisi declaro te à Deo ab bluto, quod argumentum quam sit efficax, tando interpreta-tioni, quam Parochi verbis affingit argumentum, nemo non videt. Concludit Concina cit. num. 2. sup. dissert. 1. de Matrim. c. 5: Quid? sacerdos, ut mens testis, præfata verba proferat? Alij ergo recte dicere similiter possunt: ego, vel nos conjungimus vos. Absurdum hoc est. ergo absurdum quoque est asserere, sacerdo-tem esse hujus sacramenti testem, et non Ministrum.

39. Arguis 7°: Si semel evincitur, Matrimonium, sine sa-cerdotis præsentia, clandestinum contractum aliquando fuisse, et ali-

alicubi nunc quoque esse sacramentum, necessario inde con-ficitur, illius ministros esse Contrahentes, et non Sacerdotem; sed tale aliquando fuit; et nunc potest esse: ergo. Probatur minor: in casu, quo Joannes et Anna coram Parocho, et testibus mupsissent, ignorantes tamen impedimentum dirimens, si postea unus con-jugum illud adverteret, non teneretur alteri manifestare, sed oc-culte dispensationem per Confessarium exigere à sacra Pœni-tentiaria, qua dispensatione obtenta, si exquisito alterius conju-gis consensu pristino, in eodem permanente cognoscat, validum fuit matrimonium, juxta doctrinam S. Thomæ, Antonini, et Bo-naventuræ, quos Castrius refert; atqui hoc matrimonium tunc incipit esse sacramentum, quando constat de consensu conjugij, quin tunc adsit Parochus, quippe quod antea iniri-tum erat, ut supponitur: ergo. R. Respondeo licet ad tria prima ar-gumenta, et quoslibet alios casus ejusmodi, tale matrimo-nium non esse sacramentum, licet et sit licitum utpote cum licentia S. Sedis validatum, et sit reapse validum, patout declarat S. Pius V. teste Navarro in ma-nuali cap. 22. num. 71.

40. Dices: cur ergo S. Sedes, simul ac dispensat, non pra-cipit, ut coram Parocho verba forma proferente, et testibus iteretur matrimonium? ipsius quia matrimonium ejusmo-di est sacramentum. Nego sequelam: obligationem supra assi-gnatam in aliis casibus: jam enim definire videretur Sacer-dotem, et non Contrahentes, esse ministrum legitimum hujus sa-cramenti, à qua determinatione Sancta Ecclesia, et qua Mater, ac Judex circumspecta semper abstinuit, ne in utram Theolo-gorum disputantium partem propendere videretur, utpote limpidissimo S. Dom. Benedicti fonte ibi elicamus. Item ob gravissima inconvenientia, et pericula ex tali determina-tione imminentia. 1. Posset qui ignorabat conjux, si ipsa tacuerit impedimentum non amplius consentire in conjugi-

um,

um, ut alterum sibi placentem quæreret conjugij socium, et sic libidini deservire liceret, qui præcedentis satiatus, alterum obtinendi occasionem capiebat. 2.

41. 2. Malitiosus quis sciens impedimentum dirimens, quod ipsum inter, et conjugem vigebat, posset occultare, ex animo, ut post brutale appetitum cum illa expletum, copia sibi fieret alteram adeundi, si prior fortè iterare dissentiret: et insuper eâdem malitiâ alteram ducere, et alteram, ut secundum carnem fieret ejus commoratio. 3. Quis dubitat, quòd licet uxor, rescito impedimento, dissentiret iterare consensum, ut sic maneret rescissum conjugium: attamen attenta sexus fragilitate, et supposita carnis consuetudine, aperiebatur janua plurimis adulterijs inde imminentibus, secuturisque, si uterque post rescissum matrimonium, aliud cum alio conjuge contraxerat, et memorati pristinos dies iterum cohabitandi animus inesset? Cum itaque minoris sit, tales gratia sacramentali carere, quam tot periculis implicari, sancta Ecclesia reiterationem coram Parocho instituere noluit, nec nos talem consulimus (nisi mutuo consensu, tunc enim laudabiliter fieret), scientes, quòd tales conjuges, licet gratiam in prima contractione non acceperint, in secunda verò, quâ valorata fuit prima, gratiam perceperint, ob specialem Dei assistentiam ibi propter difficultatem contractus honesti, licèt non tantam gratiam, ait Doct. N. subtilis citatus, quantam reciperent cum Sacramento.

42. Argues 8.º Concilium Tridentinum in sæpè laudato decreto Sess. 24. C. 1. declarat fuisse sacramenta, quæ ante ipsum inita sunt clandestina matrimonia, et anathemate damnat hoc negantes; sed ibi nullus interfuit Parochus: ergo. Probatur major: Tridentinum declarat talia conjugia fuisse vera, et rata; sed hoc est ipsa declarare sacramenta: ergo. Probatur minor: Credere debemus illos Patres suum loquendi modum accommodasse sacris canonibus, à quibus ea tantùm matrimonia vera et rata enuntiantur, quæ non modò contractus civiles, sed vera sunt religionis sacramenta: ergo. Probatur antecedens, ex Innocentio III. in Cap. Quando, de divortijs: ibi inquit: Etsi Matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter Fideles autem verum, et ratum existit: quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugij Sacramentum: ergo./. Respondeo supponendo Innocentium loqui de conjugijs Fidelium, qui debito modo contrahuntur, juxta Ecclesiæ antiquissima præcepta, coram Parocho, nec enim credendum ipsum ad hanc declarationem voluisse præscindere à modo contrahendi, quem Ecclesia ab initio prætulit observari. Nunc dico authoritatem Innocentij nil contra nos facere, ipse enim ibi assignat caput unde proveniat connubijs ratio, seu esse rata, non Sacramentum conjugij, sed Sacramentum Fidei in Baptismo receptæ, à qua Fide, seu à quo Fidei Sacramento derivatur in ipsum Sacramentum Matrimonij, quòd sit ratum, quia Sacramentum Fidei, quòd semel (nempè in Baptismo) est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugij Sacramentum.

43. Duæ res sunt ratum, et Sacramentum; omne quod est Sacramentum, utique est ratum, quia omne Sacramentum supponit Sacramentum Fidei in Baptismo receptæ, quod omnia Sacramenta septem efficit rata, sicut ratum efficit conjugij Sacramentum. Cæterùm non omne ratum, est Sacramentum, quia Sacramentum Fidei, à quo omnis ratio pro-

provenit, ad plura alia, quàm ad septem sacramenta, se extendit: nec enim convertuntur ratum, et sacramentum, sed se habent, sicut superius, et inferius, valet enim: est sacramentum: ergo ratum: non autem è contra: est ratum: ergo sacramentum. Nec ex alio capite Magister sententiarum, dixit rata Fidelium conjugia, nisi quia cum Fide inita: et à simili non rata esse Infidelium connubia, quia sine Fide; sic ait in 4. d. 39. lit. I. ubi titulum ponit: Quod legitimum sit infidelium conjugium, sed non ratum, et quare? et ita resolvit: Copula ergo maritalis, quæ est inter infideles, conjugium est legitimum, sed non ratum. Legitimum, quia est inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide: Conjugium verò Fidelium est legitimum, et ratum, si tamen legitimæ sunt personæ. En quomodo secundum Magistrum non ratio sacramenti, sed ratio Fidei, est, à qua quodcumque dicitur ratum. Ideo quam bellè Innocentius posuit, sacramentum Fidei ratum efficit conjugij sacramentum.

44. Locuturus ergo Innocentius de differentia inter conjugia Fidelium, et Infidelium, illam posuit, quam notiorem et sufficientem judicavit ad talem differentiam insinuandam, non quia tota ratio sacramentorum septem sit esse rata, sed quia nullum apertius caput distinguendi illa conjugia, quam Fides illorum, præ infidelitate istorum. Sicut qui Petrum differre à lapide mostrare vellet, sufficienter, et quidem apertius assignaret sensibilitatem, non quia hæc sit tota ratio Petri, sed quia notior omnibus sensibilitas, qua caret lapis: et sic posset hic uti hoc modo loquendi, illi suprapositio Innocentij non absimili: etsi lapis verum sit ens, non tamen est animal: Petrus autem et ens,

et

et animal dicitur, quia sensibilitas, quæ in ipso est, ipsum animal constituit. Et sicut ex hoc loquendi modo verissimo non licet nobis inferre: ergo ubicumque audimus animal, debemus intelligere Petrum, seu hominum: nec illis fas est hoc consequi: ergo ubicumque audiamus ratum, agnoscere debemus sacramentum. Simili modo Patres Concilij Tridentini vera et rata dixerunt matrimonia clandestina, non quia sacramenta crederent, sed quia inita à personis Fidelibus, quibus inerat sacramentum Fidei, quæ semel in Baptismo recepta nunquam amittitur, et à qua et contractui civili ratificationem dat conjugij, et ratum efficit conjugij sacramentum.

45. At nunquam evincent adversarij sacrosanctum concilium ipsa clandestina conjugia declarasse legitima, licèt dixerit vera et rata. Nam licèt nomine Matrimonij legitimi possit venire matrimonium infidelium, et quodvis aliud inter personas legitimas, hoc est, jure ipso aptas contractum, ut docuit Magister sententiarum in lit. cit. at verò juris Canonici peritis satis nota est illa distinctio legitimi et rati, atque Ratio et non legitimi*, ut illa dicantur primi generis, quæ coram Parocho cum sacris cærimonijs iniuntur inter personas aptas; illa verò secundi generis putentur in jure, quæ licèt à personis aptis tamen clandestinè conficiuntur. Testis est Gratianus ipse, qui in fine q. 1. causæ 27. loquens de Fidelium matrimonijs, hæc scribit: Horum quædam sunt legitima, veluti cum uxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, et à sacerdote benedicitur: Hæc talia conjugia legitima, et rata appellantur. Illorum verò conjugia, qui, contemptis omnibus illis solemnitatibus, solo affectu, aliquam sibi in conjugem copulant; hujusmodi conjugium non legitimum, sed ratum tantummodò

esse

* inter ipsorum Fidelium connubia,

¶. Hoc etiam testatur Card. Pallavicinus, qui lib. 23. Histor. Concilij Trident. Cap. 9. num. 9. hæc scribit: Numquam declaravit Concilium, clandestina matrimonia fuisse sacramenta, adeo ut graves Theologi id negent.

esse creditur. Igitur Concilium legimus appellasse illa conjugia rata, hoc quidem potuit, utpote à Fidelibus inita: legitima autem noluit agnoscere. Quomodo itaque est credendum Tridentinos Patres illa expressione rata et vera, matrimonia clandestina credidisse sacramenta, quæ non credebant legitima? ¶.

46. Hæc catholica nostra doctrina clarius innotescet, si causam hujusmodi decreti apponendi, et quæ ipsum decretum subsecuta sunt, aperiamus. Causam stabiliendi decretum, quo in posterum clandestina irritantur, tum ex Benedicto XIV. de Synodo Diœces. lib. 7. c. 27. à num. 3. tum ex Cardinali Pallavicino, qui rem fusius narrat in hist. Tridentini Conc. lib. 22. à Cap. 4. habemus. Plures ex illis Patribus advertentes Ecclesiam Matrimonium ab initio voluisse fieri sacratius: et quò religiosius Fideles Matrimonium, quod magnum esse sacramentum in Christo et in Ecclesia, Apostolus prædicaverat Ephes. 5. ab ipsius primordijs cautum esse, ne aliter illud inirent, quàm coram Sacerdote, cujus benedictione obsignaretur: postquam plurima hujus Traditionis testimonia protulerant, quæque nos infra congeremus, dum rationes congruentiæ pro nostra doctrina elucidemus: insistebant hujusmodi decretum irritandi clandestina, apponi debere, urgentes per tale decretum nihil novi decerni, sed antiquas tantum Ecclesiæ leges instaurari concludebant, quas, aliquot dumtaxat ante Tridentinum sæculis, sola contraria consuetudo abrogaverat.

47. Alij autem Patres, et Theologi, pro viribus obsistebant decreto, ponentes è contrario, Sacerdotalem benedictionem numquam fuisse necessariam ad roboranda Fidelium conjugia, quæ sola præcepti necessitas coram Sacerdote fieri cogebat. Hæc affirmabant hi Patres, nitentes explicare in hunc sensum,

quæ

quæcumque in contrarium ab alijs fuerant adnotata. Et taliter vigebat præsens controversia inter Tridentinos Patres, num ante ipsum Concilium semper irrita extitissent matrimonia clandestina? Qui affirmativam sequebantur, decretum appositum sess. 24. c. 1. urgebant: hi autem, qui negativam tuebantur, hujusmodi decreto obsistebant. Quare, ut qua par est æquitate Concilium procederet, sepius laudatum saluberrimum decretum indixit, primis favens, quatenus ea in posterum irritabat, secundis autem obsecundans, inquantum rata declarabat, quæ Tridentinum præcesserant: siquidem nulla Ecclesiæ determinatio adhibebatur, qua clarè clandestina irritarentur. Et licèt nobis faventes Patres prævaluissent pro apponendo decreto, attamen in adversantium Patrum gratiam, ea tantum causa decreti ibi apposita est, ut gravissima præcaverentur damna, ex clandestinis inde obvenientia, cui sola eorumdem prohibitio occurrere satis haud poterat; non autem dicitur in posterum irritari, ut fideles sacramentum in conjugio recipiant: quia minoris est hos recipere vel non recipere hujus gratiam, quàm assignata inconvenientia; hæcquippe in totius Christianæ reipublicæ perniciem, receptio verò, vel non receptio sacramenti in contrahentium tantùm commodum, vel incommodum eveniebat.

48. Ex hinc autem duplex occurrit causa, quare clandestina, quæ Tridentinum præcesserant, non irrita sed rata declarata sunt. Prima, ob Patrum nobis adversantium reverentiam, nam quamvis contra ipsorum sententiam decretum de irritandis clandestinis statutum fuit, ad minus ipsis obsequeretur, in declaratione validitatis, seu rationis præcedentium, ~~[illegible]~~ secunda: nam si ea irrita essent à Tridentino agnita, non sunt

dicta

dicat facilia damna, quæ ex hujusmodi declaratione Fidelium
quot obvenissent. Quot enim filij reputarentur illegitimi? quot
lites pro vindicandis hæreditatibus prædecessorum? quot revo-
lutiones? quot infamiæ? Quot nobiles, quot famulis, quæ hac
censui legitimæ agnoscabantur, vi juris talis decreti, relut spuriæ
rejicerentur? Facilius ergo fuit, nobis Patres in præ-
dictam pijssimam, ac rationabilissimam declarationem conve-
nire, quàm decretum in tam amplam ixnitationem urpeu,
ut, dum non solum sequentia Tridentinum, sed etiam præ-
dentia clandestina innotescebant ixnita, tot damna turba-
rent Ecclesiam. Itaque rata et vera talia conjugia decla-
rata sunt, non autem credita sunt Sacramenta. Illud ad
pacem respexit, hoc ad disputationem remansit.

infamari

49. Nec nimis aperiunt nostram doctrinam, quæ hoc
decretum subsecuta sint. Nam tantum abest, ut ex illo infe-
ratur Concilium agnovisse conjugia clandestina, et eadem esse
Sacramenta, ut è regione, ex tunc plurimi ipsius Concilij Pa-
tres, suæ Synodos collegerint, quibus Sacerdotem hujus Sacra-
menti ministrum declarabant: adeat, qui eorum decreta
desiderarenit, R.P. Jacobum Hyacinthum Serry Ord. Præd.
in præfat. ad nov. edit. opera. Melchioris Cani cap. 7. §. Novam,
ubi plures hujusmodi Synodorum declarationes super hac re
non minus eruditè, quàm appositè adfert. Item plurima
Ritualia post Tridentinum, hujusmodi assertionem tenuerunt.
Rituale Romanum, quod jussu Pauli V. fuit editum, præscribit
hæc verba: Ego vos conjungo &c. à Parocho istius Sacramenti
Ministro proferenda esse. Quod ipsum, jam ante Triden-
tinum non paucis annis, docuerat Rituale Romanum vetus, à
P. Alberto Capellano Ord. Præd. collectum an. 1494. Hæc ha-
bet:

bet: Conjugibus respondentibus de rec affirmè, nè consan-
guineos &c. Sacerdos pronuntiet verba, quæ sunt forma hu-
jus Sacramenti.

50. Sufficiat pro omnibus, quæ possemus adducere tam ex P.
Mantene de antiq. Ecclesiæ ritibus, quàm ex alijs id genus auc-
toribus, Rituale Mediolanense, in quo S. Carolus Borromæus,
Act. Part. 4. hæc inseri curavit, nempè quinque duntaxat
esse Sacramenta, quæ Parochus ex officio administrare posset,
Baptismum, Eucharistiam, Pœnitentiam, Matrimonium,
et Extremam-Unctionem. Nec cuiquam facilè persuaderi
potuit, quidquam novi juxta Tridentini mentem hac in
re præscribere potuisse Carolum illum; de quo ad diem 4.
Novemb. Lect. 4. talia prædicat Ecclesia: „Vigesimum tertium
„Italiæ annum agens, à Pio IV. ejus avunculo in Sacrum Car-
„dinalium Collegium cooptatus in tanti præsulis ac virtutum
„omnium splendore præfulsit. Mox ab eodem Mediolanensi Ar-
„chiepiscopus creatus, in eo plurimam operam adhibuit, ut juxta
„Sacrosanctum Tridentinum Concilium, quod
„ejus potissimum sollicitudine jam tum fuerat absolutum, Eccle-
„siam sibi commissam componeret: atque ut depravatos plebis
„hujus mores reformaret, præter ceteram legitimi Synodorum ce-
„lebrationem, scriptum eximiæ sanctitatis præbuit exemplar.

51. Præterea præfatum Tridentini decretum, plurimos
in nostram allexit, et traxit sententiam, quæ, eo sublato, fa-
cilè oppositæ subscripsisse videntur sententiæ. Unum pro omnibus
referam Franciscum Ovandum, celeberrimum hujus ætatis
Scotistam Ord. Min. qui decubus fermè abhinc seculis, ejus
hæc scripta in libros sententiarum mandavit, paulò post cele-
bratum Tridentinum Concilium. Quem alijs hic pro ce-
teris præponendum duxi: et quia ejus verbis, mox locum red-
dendis, quædam vis energica ad nostram rem inest: et quia

à

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA

à nostrâ Patrîbus deducâ, et levitatis imitamur nos, quod nempè nullus adhuc Scotista hanc nostram sufficienter opinionem, sed omnes uno ore N. Doct. Subtilem pro oppositâ adducant, dicentes Scotum incontestè habuisse contrahentes esse hujus Sacramenti ministros, quod quàm sit falsum asserere, infrà sub peculiari titulo ostendemus. Ovandus ergo in 4. d. 28. Prop. 2. hæc statuit: „ Ex prefata determinatione Concilij Tridentini exigentis presentiam Sacerdotis, et ejus„ ba post prefatum et expressum mutuum consensum, dicentia: „ Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, et Filij, „ et Spiritus Sancti, vel similia juxta cujusque Provinciæ ritum, „ probabile, imò et probabilius existimo Ministrum hujus Sacra„ menti semper fuisse Sacerdotem, et quòd neque modo post Con„ cilium, neque antè fuit sine illo verum Sacramentum, quia„ nunquam fuerit verus contractus, sicut est inter Infideles, et fuit „ in lege naturæ.

52. „ Ita quod hæc definitio seu explicatio ministri hujus „ Sacramenti, quem Concilium Florentinum non explicuerat, „ nisi tantum causam efficientem, videlicet consensum expressum „ fuit per verba de presenti. Unde maxima erat inter Doctores „ varietas de materia et forma, atque de Ministro. Scotus „ d. 26. dubitavit, immò M. de ministro, quia neptunium „ judicabat contrahentes esse sibi invicem ministros, nec „ non excludebat posse alium esse ministrum ::: Forsan nisi Con„ cilij Tridentini accessisset prefata determinatio, non auderem „ ego hoc asserere, quod tamen non defuit, qui ante Concilium mu„ nitus rationibus crederet, ex dubitatione Scoti fieri probabile. (Citat in margine nostrum Mag. Canum lib. 8. de loc. cap. 5. et idem nos metipsi, prout vidimus, testamur) „ Scio porro „ alium aliquos perduxisse adhuc in antiquis opinionibus ::: „ Mihi tamen placet esse verba (Sacerdotis) efficaciter illos con„ jungentia illos sacramentaliter, ante quæ si expresso consen„ su sacerdos impedivisset loquela, ille verus esset contractus, et „ verè essent conjuncti, quia non clandestinè, sacramentum ve„ rò non recepissent, idcirco posset per alium sacerdotem rei„ terari. Hæc notata doctrina pro plurium argumentorum „ solutione: ab solido argumenta hujus responsionem, et credo mentem Tridentini posuisse nostram eradicare, stabilire sententiam, quàm clandestina matrimonia irritagere sacramenta, maximè quando tot Decretorum Tridentino Patres ex ipso decreto moti sunt ad nostram opinionem sequendam, quam sine ipso forsan non defendissent.

53. Ratione Concilij expositionem auditam, infero: si predicta clandestina nunquam fuissent sacramenta, Concilium potuisset annullare ea ad mimum, quæ contracta erant à personis adhuc viventibus, seu quorum contrahentes adhuc vivebant; sed hoc non fecit: ergo quia erant sacramenta. Respondeo negando majorem. Ut autem clarius intelligatur responsio, premittere debeo, quæ Matthæus refert c. 19. sui Sacrosancti Evangelij, quando Dominus Noster Jesus Christus hoc Sacramentum instituit juxta quod ex Scoto supra retulimus n. 31. Ad rem Matthæus: „ Et factum est, cum consummasset Jesus sermones „ istos, migravit à Galilæa, et venit in fines Judææ trans Jorda„ nem. Et secuti sunt eum turbæ multæ, et curavit eos ibi. Et „ accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, et dicentes: Si „ licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa? Qui „ respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab ini„ tio, masculum et fœminam creavit eos? et dixit: Propter „ hoc dimittet homo patrem, et matrem, et adhærebit uxori suæ, „ et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una „ caro. Quod ergo Deus conjunxit homo non separet. Dicunt „ illi:

* Tamen Claudio Frassenio, celeberrimo Scotistarum oraculo, non adeo dura visa est nostra opinio; is quidem tr. 3. de Sacram. disp. 2. de Matrim. q. 3. postquam varias quæ pro opinionis momenta expendit, his verbis quæ pro nostram concludit, his dissipuli, quamvis Scotistis dicam, quam volueris sententiam eligere.

„ illi: Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudij, et di-
„ mittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri
„ permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non
„ fuit sic.

54. Vides Dominum Jesum Christum rata et indissolubilia declarasse quæcumque connubia, ab initio mundi à Fidelibus contracta: quæque usque ad ipsum Dominum, altissimum sacramentorum institutorem, sacramenta non erant. Cum itaque clarè non constaret, Ecclesiam ea irrita habuisse à suis in Christo primordijs, quæ clandestinè contrahebantur, quæ licèt sacramenta non essent, qualia nec erant ante ipsum Christum, tamen veri et rati contractus erant, seu putabantur (quia de irritatione per contrahentium inhabilitationem, ut nunc est, apertè non constabat) propter sacramentum Fidei in Baptismo receptæ: ideo Tridentinum Concilium ea irrita non declaravit, sed rata, licèt adhuc viverent contrahentes, prout argumentum supponit. Si autem nunc dicas: quare ad minus ipsos non coegit Concilium, ut coram Parocho ad sacramentum perficiendum venirent? Ad hanc instantiam respondeo, sicut ad primum, secundum, tertium, et septimum argumentum: nec Concilium id fecit, licèt facere potuit, imò de hac re semper reticuit, ad duritiam cordis hominum, qui vel iterum nollent huic decreto acquiescere, sicuti nec prioribus, vel comparere non auderent, ne dicerentur in peccato mortali, et contra Ecclesiæ præscripta contraxisse, vel denique (licèt ampliora possem adducere gravissima damna) plures, non quâ sacramentum reciperent, sed quâ luxuriæ vacarent, scientes invaliditatem, nisi coram Parocho revalidarent, alteram quærerent, relicta prima, cumqua et non cum alia, credi debet, quod tunc in casu talis decreti vellet Concilium, ut sacramentum perfi-

ce-

cerent; si fortè Concilium in suo decreto non exprimebat, suam mentem esse constringere eos, qui clandestinè contraxerant, ut cum ipsa uxore clandestina Parochum adirent, qui eos sua sanctificaret benedictione.

55. At pro ampliori intelligentia mentis Innocentij III. juxta ea, quæ recens dedimus, adhuc replicabis: in lege evangelica convertuntur, seu pro eodem debent intelligi ratum, et sacramentum erga conjugium: ergo. Probatur antecedens: ratio, quam habent Christianorum conjugia, per vos provenit à sacramento Fidei in Baptismo receptæ; sed hæc facit ut convertantur ratum, et sacramentum: ergo. Probatur minor: matrimonia status innocentiæ, legis naturæ, et legis scriptæ, seu veteris erant rata, et indissolubilia, ut patet ex laudatis verbis Domini. 19. Matth: Ab initio autem non fuit sic: et etiam ex Doctore subtili in 4. d. 26. q. Un. §. Per hoc patet. n. 18. §. secundum, ubi hæc docet: secundum, scilicet obligationem indissolubilem, instituit Deus ex lege sua positiva, Genesis 2. Adhærebit uxori suæ. Adhærebit, inquam, id est, non momentaneè accipiet: atqui tunc non aderat Fides in Baptismo recepta: ergo hæc aliquid addit ad indissolubilitatem illam; sed hoc nil aliud potest esse, quàm esse sacramentum, quod exprimatur per verbum ratum ab ipsa provenientem: ergo facit quod convertantur ratum, et sacramentum.

56. Respondeo negando antecedens, et minorem probationis, et ad hujus probationem nego consequentiam, et ejus subsumptam. Tam Innocentius, quàm nos loquimur de conjugijs Fidelium post Christum, ideo dicimus connubijs ipsorum provenire, quòd sint rata, à sacramento Fidei in Baptismo receptæ, non quia hoc quod audis, Fides in Baptismo recepta, aliquid superaddat supra indissolubilitatem, seu esse ratum,

anti-

* (Vide Magistr. Sent. in 4. d. 39. lit. H. ubi ex Ambrosio docet Fidem esse principium, à quo omnia omnino conjugia habent esse rata.)

antiquorum conjugiorum ipsum Christum præcedentium, sed quia Fides, à qua in quolibet naturæ statu provenit conjugijs esse rata,* adest in Fidelibus post Christum (de quibus sermo) per Baptismum: ut per talem expressionem amplius accommodaremus materiæ, de qua tractamus, nempè conjugijs in Lege Gratiæ contractis. Ideo simili modo theologizaremus de conjugijs in quolibet statu naturæ à Fidelibus initis: ita, ut dicamus sic: conjugia Fidelium legis Gratiæ habent, quod sint rata, à Sacramento Fidei in Baptismo receptæ: conjugia Fidelium in veteri Lege participant suam rationem à Fide, ipsis infusa in circumcisione: connubia verò Fidelium in Lege Naturæ, eam indissolubilitatem accipiebant à Fide, quæ ipsis infundebatur in illo signo sensibili certo, et efficaci deletionis peccati originalis, quod pro illo statu Deus instituerat, correspondens Circumcisioni legis Scriptæ, et Baptismo Legis Gratiæ, ut statuit Doctor Subtilis in 4. d. 1. q. 7. per totam.

57. Argues 9°. Concilium Florentinum in epist. Eugenij IV. ad Armenos, pro ipsorum Unione, ubi pro ipsorum instructione adamussim explicat, quæcumque spectantia ad Sacramenta; declarat Ministros hujus sacramenti esse contrahentes, his verbis: „septimum „est Sacramentum Matrimonij (ita ea recenset Boucat. Theolog. Patrum. Part. 3. de sacr. dissert. 7. art. 5.), quod est signum con„junctionis Christi et Ecclesiæ, secundum Apostolum dicentem, „Sacramentum hoc magnum est: Ego autem dico in Christo, et in „Ecclesia. Causa efficiens Matrimonij, regulariter est mutuus „Consensus per verba de præsenti expressus. Eadem verba refert Ven. Bellarminus lib. 1. de Matrim. sacram. Controv. 2. c. 7: et subsumit: at Minister est causa efficiens sacramenti: ergo. Quòd autem Conjuges, seu ipsorum consensus mutuis verbis expressus sit matrimonij causa efficiens, etiam legimus in Catech. Rom. ex decre-

decreto Concilij Tridentini formato, et jussu S. Pij V. edito, ubi in Part. 2. Cap. 8°. sect. 1. num. 4. sic habet: „Ex his igitur patet ma„trimonij naturam, et rationem in vinculo illo consistere. Nam „quod aliæ Clarissimorum virorum definitiones hoc videntur con„sensui tribuere, ut cum dicunt, conjugium esse consensum ma„ris et fœminæ, hoc ita accipiendum est, consensum ipsum esse cau„sam effectricem matrimonij: quod Patres in Concilio Florentino do„cuerunt. Etenim obligatio et nexus oriri non potest, nisi ex con„sensu et pactione.

58. Respondeo ad argumentum, negando minorem Bellarmini. Nam solus Deus est Causa efficiens Sacramentorum; Minister autem tantum est causa instrumentalis. Primum, nempè, de causa efficienti; docuit N. Doct. Subt. in 4. d. 29. q. vn. §. De secundo dico. Ubi probat consensum coactum non sufficere ad contractum matrimonij. Quia Matrimonium tam à causa formali, quàm ab efficiente, et formali habet, quod sit liberum. Et postquam hoc probavit à causa formali, prosequitur ad probationem à causa efficiente, sic: Secundò à causa efficiente; quia Deus talem instituit istam translationem summè liberam: unde non est istud ab Ecclesia determinatum, sed tantùm expressum. Ubi clarè docet solum Deum esse propriè causam efficientem sacramenti. Ideo in eodem 4. dist. 27. q. 2. docet consensum verbis expressum, seu contractum matrimonij esse tantum dispositionem, seu lato modo causam efficientem: sic ait num. 2. ℣. solutio istius quæst. nempè: tunc ad formam quæstionis non est dicendum, quòd sit propriè causa efficiens illius vinculi: sed est dispositio prævia, sicut baptizari, et ordinari est prævia dispositio ad Caracterem: consensus autem expressus verbis sufficientibus, includendo ista duo, nihil aliud est, quàm contractus matrimonij: et ideo se habet ad matrimonium, sicut iste contractus. Et Scholiator ibi ait scotum docere consensum expressum per verba esse dispositionem,

onem, seu lato modo causam efficientem matrimonij.

59. Secundum autem, scilicet, Ministrum esse tantum causam instrumentalem Sacramentorum, patet tum ex ipso Ministri nomine, quod sua notione tantum dicit administrationem, non verò efficientiam. Tum etiam: hoc expressè docuit N. D. Subtilis in 4. d. 13. q. 2. num. 3. § Ad quæstionem, ubi sic ait: Ad quæstionem dico, quòd conficere eucharistiam, ut principalis causa (nempè efficiens), nullè potest competere nisi soli Deo (quod ipsum statuit sup. cit. d. 29. in Matrimonio): licet ut causa instrumentalis, vel, ut magis propriè dicam, ut Minister, potest competere alicui homini: quia sic Deus ordinavit, quòd in quibuscumque Sacramentis Minister possit esse homo. Nunc igitur ad responsionem argumenti, patent duo. Primum: perperam ab adversarijs æquivocari causam efficientem cum instrumentali, ut, statim ac audiunt causam efficientem, Ministrum intelligere velint: cum aliud, et aliud sint causa efficiens, qualis est solus Deus, et Minister, qui tantum est causa instrumentalis. Secundum quod patet, est: quàm aperta sit ex hinc mens nedum Florentini, sed et Cathecismi, dum consensum vocant causam efficientem matrimonij, nempè, loquuntur in sensu in quo matrimonium potest habere causam efficientem creatam, qualis est consensus; scilicet, quatenus matrimonium est in officium naturæ, et prout est contractus humanus, et civilis: non verò id statuunt de matrimonio, ut est Magnum Ecclesiæ Sacramentum, cujus causa efficiens sicut et cæterorum Sacramentorum, est solus Deus, Ministri verò solummodò instrumentales, seu administratoriæ causæ appellantur, et sunt.

60. Insistes: Eugenius ibi loquitur de septem ecclesiæ Sacramentis, quorum septimus est Matrimonium: ergo de hoc ut Sacramento affirmat habere consensum causam efficientem. Nego consequentiam, ob rationem immediatè præstitam: quæ ratio am-

amplius ostenditur. Eugenius ibi in principio dixerat ministrum Sacramentorum esse Sacerdotem, et sub hoc sensu omnia expendit Sacramenta: cur ergo si matrimonium ab illa generali regula excipere voluit, non dixit, hoc Sacramentum nil commune habere cum alijs erga ministrum, quæ omnium, excepto Matrimonio, Minister erat? Ut enim hoc Sacramentum ab illa universali cæterorum regula segregaretur, necessaria erat perspicua, et aperta declaratio. Dum itaque causam effectricem matrimonij assignat, contractum civilem inter Fideles respicit: de materia autem, forma, et Ministro Sacramenti nil definit. Hoc item manifestius eruitur ex modo loquendi in reliquis, dum illis materiam, et formam Sacramentalem assignat, hoc modo: Primum, inquit, omnium Sacramentorum est Baptismus &c. hujus Sacramenti materia &c. et eodem modo in cæteris. Dum verò matrimonium tangit, postquam numerum ejus, nempè esse septimum inter Sacramenta (sicuti in cæteris fecerat) dixit: dum causam assignat, Sacramenti non meminit, sicut in reliquis fecit, dicens in quolibet: hujus Sacramenti materia &c. Unde ergo fit, quod Concilium, et Eugenius definierint Sacerdotem nil in hoc Sacramento habere, ut sicut cætera, sic et hoc Fidelibus ministret? Duo igitur in matrimonio distinguenda sunt, contractus, et Sacramentum: hujus causa instrumentalis, et perficiens, seu conficiens est Sacerdos; illius autem causa efficiens contrahentes ipsi deputantur.

61. Hæc explicatio apertior fiet, si ipsa Concilij verba perpendamus: non enim absolutè definit consensum esse causam efficientem matrimonij (dato et non concesso, quod ly verbum matrimonij, pro Sacramento usurpaverit Eugenius); tantum dicit id esse regulariter, hoc est, juxta communem modum opi-

opinandi Doctorum; non quia ipsa esset etiam mens definitiva Concilij Florentini, sicuti et nullius alterius fuit unquam tale punctum, adeo acriter inter Catholicos Theologos grassans, definire. Ne autem ultronea, et merè ex nobismetipsis putetur hæc Florentini constructio, audiatur Ssmus D. N. Benedictus XIV. qui post utriusque Opinionis momenta pro suo more perpensa, sic concludit Cap. 28. libri 7. de Synodo Diœcesana: Inde non decere discant (episcopi), ut ipsi Judicis partes assumant, quæstionemque definiant, de qua, ecclesia nihil hactenus pronuntiavit, sed theologorum disputationi permisit. Quare acturi in Synodis de Matrimonio, proponant quidem, explicentque doctrinam, à Concilijs Florentino, et Tridentino, de ejusmodi Sacramento disertè traditam, sed caveant, ne aut Parochum, aut ipsos Contrahentes, ejusdem ministros appellent. Hac præmissa tanti Pontificis declaratione, et admissa æquivalentia illius verbi Matrimonij, pro Sacramenti, alia ostenditur via legendi Florentinum. Quod nempe dixerit consensum esse lato modo causam efficientem, seu esse dispositionem ad matrimonium, qualiter innuit Scotus, cujus verba dedimus supra num. 58. Siquidem hac dispositione prælata, sequitur Sacramentum concomitans illum consensum, seu contractum conjungentem, ut tenuit Scotus in 4. d. 26. q. Un. §. sed quia. ℣. Ubi autem. Cæterum illam dispositionem non sequitur Sacramentum, nisi Sacerdos accedat proferens ejus formam supra tale elementum, quod est ejus tantum materia.

62. Aliter responderi potest, et construi Florentinum, admisso quod ibi loquatur de matrimonio, ut Sacramento: et supposita præfata declaratione Benedicti XIV. Nempè consensum mutuum esse causam efficientem physicæ essentiæ Sacramenti, non autem

tem est causa efficiens, quod illud elementum contractus, qui est materia, significet sensibiliter gratiam: nam quòd gratiam significet, habet à Deo; quòd autem hoc sit sensibiliter, habet à Sacro Ministro. Et quidem hæc omnia requiruntur, ut verificetur Sacramentum. Explicatur responsio. Sacramenta omnia ¶ in actione consistunt, non in re aliqua permanente, ut patet de Baptismo, et cæteris Sacramentis; non enim aqua consecrata, sed ablutio est Sacramentum Baptismi: ait Ven. Card. Bellarminus lib. 1. de Missa. C. 22. edit. Lugdun. an. 1590. pag. mihi 836. Vides, quomodo ablutio vocatur Sacramentum Baptismi, et tamen non ex sola ablutione, sed etiam ex forma Ego te Baptismo &c. cum Ministro proferente coalescit, seu conficitur totum Baptismi Sacramentum. Ita contractus vocari utique potest Sacramentum Matrimonij, quin ex eo solo coalescat hoc Sacramentum, sed ultra requirit formam, et sacrum Ministrum, ut determinetur illud elementum (ut ablutio) ad signandam sensibiliter gratiam. Nunc: ablutio duo dicit: et physicam essentiam actionis: et signum sensibile gratiæ. Illa ab efficiente creato fit; hoc à solo Deo significat effectivè: sicut ergo, ut causa efficiens ablutionis, quæ vocatur Baptismus, dicatur ille, qui illam physicè producit, non requiritur, quòd etiam significatio ab ipso procedat: ita similiter, ut consensus dicatur causa efficiens contractus, qui est Matrimonium, non requiritur, quod illi præstet significationem Sacram, sed sufficit quod physicum esse contractus producat: Et sicut qui est causa efficiens ablutionis, non dicitur propriè, sed lato modo causa efficiens Sacramenti, ita hic in Matrimonio. Nam ad hoc, ut esset propriè efficiens, opus erat, ut non solum efficeret physicum ablutionis, et contractus, sed etiam efficeret, quod ab ipso haberent esse Sacra signa sensibilia gratiæ.

¶ (præter Eucharistiam)

Ar-

63. Argues 10°: Matrimonium tametsi Sacramentum, est tamen essaliter contractus; sed soli contrahentes per mutuum consensum sunt contractus Ministri, Notarius verò et cæteri, non nisi ut testes adhibentur: ergo. Hunc syllogismum dicit Boucat in præsenti quæst. esse rationem, qua à priori probatur contrahentes, et non Parochum esse hujus Sacramenti Ministros. = Respondeo distinguendo majorem: est essentialiter contractus, quantum ad partem essentiæ, nempè, quoad materiam, concedo; quantum ad totam essentiam, scilicet, quoad materiam, et formam, nego. Nullus ex nostris adhuc negavit contractum ingredi essentiam Sacramenti, quia materia est essentialis cuilibet Sacramento; dicimus quidem, quòd licet tota essentia contractus sit essentia, vel de essentia Sacramenti, attamen tota essentia Sacramenti non est essentia contractus. Sicut licet virtus pœnitentiæ sit de essentia Sacramenti, attamen tota essentia Sacramenti Pœnitentiæ, non est essentia Pœnitentiæ virtutis, quæ tantum est pars essentialis, videlicet, materia illius Sacramenti: et sicut ob hanc rationem, quamvis verum sit Sacramentum Pœnitentiæ esse essentialiter virtutem, quatenus hæc ingreditur ejus essentiam, ut materia, non licet inferre Pœnitentem, qui solus virtutem ministrat, esse Sacramenti Pœnitentiæ ministrum: ita in proposito: distinguere enim debemus de ministrante materiam, et de ministrante Sacramentum, quamvis illa sit de hujus essentia.

64. Præterquamquod, possemus majorem, et minorem hujusmodi argumentationis concedere, quin contra nos stet consequentia, ex illis illata, ut potè falsò deducta. Talis est argumenti, et rationis à priori syllogismus, qualis est hic: Petrus tametsi homo, est tamen essentialiter animal; sed solum principium sentiendi est constitutivum animalis: ergo solum principium

pium sentiendi est constitutivum Petri. En falsissimam argumentationem, cui dupliciter possemus respondere, et quidem recte. Vel distinguendo ejus majorem, sicut distinximus majorem argumenti. Vel concedendo præmissas, et negando consequentiam, quæ falsissima est, et pravè ab illis deducta. Unde uterque syllogismus, tam nostri exempli, quàm rationis à priori P. Boucat laborant in sophismate. Ad id autem, quod addit hic eruditissimus auctor in sua minori, de Notario, et adstantibus, dicimus verum esse, nec de hoc disputationem iniri, sed de Parocho, qui non ut testis, sed ut legitimus Minister adhiberi debet.

65. Argues 11°: Sacramentum Matrimonij nihil aliud est, quàm civilis contractus elevatus per Christum ad causandam gratiam Sacramentalem, nullatenus immutatâ naturâ talis contractus; sed natura talis contractus est, quòd contrahentes sint ejus Ministri, non autem Sacerdos: ergo. Respondeo negando consequentiam. Talis est argumentatio hæc, qualis præcedens. Nunquam diximus elevationem, qua Christus Matrimonium de contractu merè civili evexit in Sacramentum, immutasse naturam contractus, qui contrahentes, non verò Sacerdotem, ministros exquirit: quod dicimus, est, quod supra immutatam, seu non mutatam naturam contractus, cadit, seu advenit Sacer Minister cum Sacra forma, naturam contractus conservans in Sacramentum, quòd ratione elevationis factæ à Christo hoc petit, sicut reliqua Sacramenta, ut sensibilizetur, illa elevatio, quam aliunde percipere non possumus. Sit exemplum in Pœnitentia. Nil aliud est Sacramentum Pœnitentiæ, quàm virtus Pœnitentia elevata per Christum ad causandam gratiam Sacramentalem (idem dic de ablutione physica in Baptismo): at ad hoc requiritur, quòd supra naturam Pœnitentiæ virtutis (vel ablutionis) accedat Sacerdos (in ablutione tanquam legitimus Minister) proferens formam,

mam, quę illam naturam in Sacramentum consecrat.

66. Hinc licet natura Pœnitentię virtutis exigat ministrari à Pœnitente, non tamen exhinc infertur ipsum esse Ministrum Pœnitentię Sacramenti, quin ex hoc verificetur mutari naturam virtutis. A pari dicimus, quod licet natura contractus exigat ministros ipsos contrahentes, non exinde infertur ipsos esse Sacramenti ministros, nec ex hoc mutatur natura contractus. Itaque asserimus elevationem contractus ad rationem Sacramenti, nil superaddidisse, quod naturam contractus mutavit; sed relicto contractu in toto suo esse, superinjunxit, quod ei deficiebat ad rationem Sacramenti, sicut evidet in Pœnitentia. Aliter possemus respondere, concessis prœmissis, negando consequentiam. Argumentum enim infert nihil contra nos, quia malè infert, ut pote sophismate implicatum. Taliter se habet, ac hęc argumentatio: Petrus nihil aliud est, quam natura humana contracta per Petreitatem, nullatenus mutatâ naturâ hominis; sed natura hominis petit constitui per animal rationale, et non per Petreitatem: ergo animal rationale, et nullatenus Petreitas, est constitutivum Petri. Vel alio modo: Homo, seu natura humana nil aliud est, quam animal contractum per rationale, non mutatâ naturâ animalis; sed natura animalis petit constitui per principium sentiendi, et non per principium ratiocinandi: ergo illud solum principium, et non hoc constituit hominem. Unde sicut hęc argumentationes nihil inferunt, quia malè inferunt, ita similiter argumentum, qui in modo inferendi nihil ab his distat, ut vel cęcutienti patebit.

67. Explicatur solutio argumenti, cum doctrina Baptismi. Non quęlibet ablutio est Sacramentum Baptismi, sed tantum ablutio elevata per Christum. Unde autem dignoscemus ablutionem A. v.g. qua ablui videmus puerum B. esse elevatam, seu esse ex elevatis, seu esse ex illis, quas comprehendit elevatio Christi, ad contradistinctionem alterius ablutionis C, vel D, quibus ante ablutionem A. ablui videmus ipsum puerum B.*? Non aliunde, nisi quia talem ablutionem ‡ determinari videmus à forma Sacra Baptismi, vel à Sacerdote tanquam legitimo Ministro prolata, vel ab alio quolibet propter summam Sacramenti necessitatem ad salvandum. Sic in casu. Non quodlibet Matrimonium, seu contractus est Sacramentum; sed contractus elevatus per Christum. Unde autem dignoscemus Matrimonium A; seu contractum esse elevatum ad Sacramenti dignitatem, ad contrapositionem Matrimoniorum B. et C, quę contrahi videmus ab Ethnicis, seu Saracenis? vel ad contradistinctionem aliorum contractuum, putâ emptionis, aut venditionis? non aliunde, nisi quia illud Matrimonium A. determinari videmus à forma ad hoc instituta, seu communi traditione recepta, à Ministro Sacro prolata. Quia etiam dum eadem verba Accipio te &c. ęqualiter proferri, et adhiberi videmus sive à Catholicis, sive ab Ethnicis, nequeunt innotescere Matrimonium A, esse elevatum prę Matrimoniis B, aut C. sicut in ablutione.

68. Sicut autem elevatio ablutionis A, non mutat ipsius naturam, quę tantum numero differret ab ablutione C.⊕ ita elevatio Matrimonij A, non mutat ejus essentiam, quę tantum numero differt à Matrimonijs B, et C. in ratione contractus: Licet utraque elevatio ablutionis A, et Matrimonij A, addat super physicam ipsorum essentiam in ratione ablutionis, et contractus, quod eis deficit ad rationem Sacramentorum. Nec prętermittere valeo quoddam adversariorum ratiocinium, quo non solum volunt verba prophana

* aut alium puerum E, qui sit Ethnicus, Saracenus, aut Hebręus &c.?

‡ et non cęteras,

⊕ in ratione ablutionis:

phana contrahentium determinare elevationem conjugiorum, sed etiam loco verborum substitui posse nutus, scripta, aut signa consentiunt, et hoc non aliunde, nisi quia talis est natura contractus: unde nil amplius absolute nil nil dicunt habere sacramentum, quam contractus: quare sicut contractus talis est naturæ, ut non opponatur peccato, quin statim suum robur, vim, et efficaciam habebit, ita sacramentum talis erit naturæ, ut nec opponatur peccato, suumque robur, vim, et efficaciam adipisci poterit in mortali existens? Quis hoc umquam dixit? Nullus certè: ergo quia præter naturam contractus, aliquid amplius dicit natura sacramenti, quod super contractus naturam induat sacramenti essentiam, et determinet Matrimonium A, esse sacramentum, præ matrimonijs B. et C. et ex quo dignoscatur hoc Matrimonium, et non ethnicorum esse ex elevatis per Christum. Præterquamquod qui probare poterunt sacerdotem mutum aut baptizare, aut absolvere posse, seu aliud quodcumque sacramentum conferre? similiter nec stabilire quibunt de Matrimonio. Seu absolvat sacerdos, cognita causa per scripta, etiam per scripta proferendo formam, quod non opponitur ad rationem judicij, qua salvare à paritatis vi sacramentum pœnitentiæ prætentant.

69. Argues 12°. Si Parochus esset Minister hujus sacramenti, absque intentione Parochi, saltem virtuali, non daretur sacramentum Matrimonij; sed hoc est absurdum: ergo. Probo minorem: etiam in sententia Melchioris Cani, absurdum est dicere contrahentes illos, qui coram Parocho proferente verba, ego vos conjungo &c. et duobus testibus matrimonium suum ineunt, non recipere sacramentum; sed ut plurimum eveniret, taliter contrahentes non recipere sacramentum: ergo. Probo minorem: plerumque fit Parochos se non agnoscere tanquam ministros, sed tantum contrahentes, quos communis opinio tales recenset, contra singularem Cani sententiam, quam ut in plurimum vel ignorant, atque ita nullam adhibent intentionem nec actualem, neque virtualem, quam pro sua parte non judicant necessariam: ergo ut plurimum taliter contrahentes non reciperent sacramentum. Respondeo negando antecedens ultimæ probationis. Ante explicationem solutionis supponere debeo cum arguente, et arguens mecum debet supponere, loqui hic de Parocho, qui reipsa, liberè, seriò, omnique semoto joco Matrimonium præsentiat, verba ego vos conjungo &c. super actu contrahentes pronuntians, eo modo, quo à Sacro Concilio Tridentino determinatur ad agendum tanquam ecclesiæ Minister. Hoc supposito dupliciter enervatur argumentum. Primò, ut dixi negando antecedens ultimum. Nullus enim Parochus adeo inscius invenietur, qui saltem intentionem faciendi quod facit Ecclesia non adhibeat, quæ intentio est verè intentio virtualis sufficiens ad collationem sacramentorum, ut patet ex Concil. Trid. Sess. 7. Can. 11. ubi statuit ad valorem sacramentorum sufficere, et saltem requiri, ut Minister habeat intentionem faciendi, quod facit Ecclesia: et hoc docet loquens de sacramentis in genere.

70. Ignorantia invincibilis, qua Confessor judicat se habere adhuc licentiam audiendi Confessiones, sufficit ad validandam intentionem dandi Pœnitentiæ sacramentum, nam in eo casu Ecclesia supplet Confessarij intentionem, ut omnes fatentur. Similiter dicimus ignorantia invincibilis Parochi erga hanc materiam, salvat integritatem sacramenti Matrimonij, ex eo quod Ecclesia supplet intentionem Ministri. Parochus talis furfuris, et summè inscius, qui nec intentionem faciendi quod facit Ecclesia adhibet, non est dicendus nullum conferre sacramentum, seu Baptismum v.g. quia Ecclesia supplet tam in Baptismo, quam in extrema-Unctione &c. intentionem debitam

tam Ministri, ut omnes in confesso habent: Idem nos dicimus de Parocho summè inscio, ministrante Matrimonium. Præterquamquod, quid est Parochum, cujuscumque scientiæ, vel inscitiæ sit, ad contrahentes accedere, eos interrogare, et audire, ipsis impartiri benedictionem, super ipsos proferre verba, Ego vos conjungo &c. juxta præscriptum Ecclesiæ, et omnes alios ritus servare, quos Rituale, vel Pontificale præscribit, nisi velle ipsum facere, quod præcipit, et statuit Ecclesia ab ipso fieri? En intentionem faciendi quod facit Ecclesia, inseparabiliter talibus actionibus injunctam, nisi contraria adsit voluntas, de quo vide num. seq. Simili modo S. P. Bonaventura nititur hujus generis ratiocinio ad tollendos scrupulos illorum, qui post consecrationem hærent anxij, posuerintne sufficientem intentionem faciendi, quod intendit Ecclesia, et nimis aguntur consideratione, si fortè consecraverint, necne: et ait: quid est te in sacristiam ingredi, manus lavare, confiteri, imponere, et vestiri sacro amictu, et reliquis vestibus, ad altare accedere, et verba consecrationis super aptam materiam proferre, nisi intendere, quod Ecclesia intendit? Idem dicimus de conferente Matrimonij Sacramentum.

71. Insistes: utique inveniri potest Parochus taliter addictus opinioni communi, ut non solùm non adhibeat intentionem positivam conferendi Sacramentum, ut Minister Ecclesiæ, sed potius contrariam intentionem habeat, quia nimis adhæret suæ menti, qua sentit se non esse Ministrum: ergo datur casus, in quo non fiat Sacramentum, et si Parochus verba Ego vos conjungo &c. proferat, cum omnibus ritibus ab Ecclesia præscriptis. Nego consequentiam. Et hæc responsio est etiam secunda argumenti principalis. Nam

cum

cum Parochus habere debeat intentionem faciendi, quod intendit Ecclesia, etiamsi aliunde apponat intentionem non conferendi Sacramentum tanquam Minister ex eo, quòd sentiat se non esse hujus Sacramenti Ministrum, attamen fit Sacramentum, quia intentio se conformandi sanctæ Ecclesiæ sufficit ad ejus validitatem, et certè Ecclesia in tali casu supplet Ministri intentionem, ut jam dixi. Nec reprehendi debet talis Parochus, quia in hoc sequitur opinionem probabilem æquè, ac permissam ab Ecclesia, dummodo huic se conformare velit, nam si contrariam intentionem, Ecclesiæ nempe intentioni adversantem habet, tunc valdè reprehensibilis est.

71. Ampliatur responsio, et potest esse tertia. Etiamsi Parochus contrariam intentionem apponeret non solùm, quia judicat se non esse Ministrum, sed etiam quia suâ malitiâ et non vult contrahentibus conferre Sacramentum, et positivè vult adversari, et non se conformare sanctæ Ecclesiæ, intendens contrarium, seu intendens non facere, quòd ipsa intendit. adhuc in hoc casu dicimus contrahentes recipere reverà Sacramentum, supposita seria hujus administratione, prout diximus supra num. 69. et hoc juxta probabilissimam sententiam Illmi. Ambrosij Catharini Politiani Senensis Ord. Prædicat. qui asserit: stare Sacramentum, si minister dumtaxat intendat celebrare ritum externum, quem Ecclesia celebrat; illumque reipsa liberè, seriò, omnique semoto joco exterius administret, materiam adhibens, formamque pronuntians, in ijs maximè circumstantijs, ex quibus determinatur ad agendum tanquam Ecclesiæ Minister, quamvis intus occulta mente contrariam intentionem animo gerat. Quam sententiam luculentissimè ab impugnatoribus vindicavit idem Cani nostri vindicator, Clarissimus Doctor,

et

ce Magister Jacobus Hyacinthus Serry in proprio libro, quem inscripsit: Catharinus vindicatus. Ipsam etiam publicè, egrè ac eruditissimè propugnavit conformem esse definitionibus Sac. Conc. Tridentini, doctrinæ M. P. Augustini, et Ang. Doctoris D. Thomæ, necnon rationi Theologicæ, P. Josephus Diaz, astante M. Ignatio Molero Old. Præd. Sac. Script. Interprete, hic Granatæ die 19. Aprilis anni proximè elapsi 1758. Unde generaliter concludimus, quòd semper ac verificetur Parochum, Summum, vel mediocrem scientiæ, vel insciæ, seriò conferre Matrimonium juxta præscripta Sac. Conc. Tridentini, contrahentes ab dubio recipiunt Sacramentum.

72. Pro majori intelligentia tum responsionum nostrarum, tum sententiæ Ambrosij Catharini, proximè recensitæ, instabis: Si Parochus esset Minister Sacramenti Matrimonij, in pluribus casibus Ecclesia instaurari jussisset Matrimonia, quæ defectu intentionis non fuerunt Sacramenta, V. g. quando Parochus est occultè Saracenus, vel hæreticus, ut paucis abhinc annis deprehensus fuit hic Granatæ quidam, qui nunquam fecit intentionem conferendi Sacramenta, imò contrariam positivè habebat: et in hoc casu instaurari videmus baptismata ab ipso facta, ne fideles hoc Sacramento privati, cœlo privarentur; sed tunc casu nullum præceptum appositum fuit de ~~instaurando~~ Matrimonio, sicut adfuit de instaurando Baptismo: ergo nec Parochus est Minister Matrimonij, quod validum remanserit absque intentione talis Parochi: nec vera est sententia Catharini, aliàs non fuissent instaurata Baptismata. = Respondeo primò ad argumentum, inquantùm nostram impetit opinionem, negando majorem, ~~sumptam~~ ob rationem repetitò productam in responsionibus ad argumenta primum, secundum, ter-

tertium, septimum, et nonum, siquidem tunc casu videretur Ecclesia nostram sententiam definire, et oppositam invalidare: recole, quæ ibi diximus, et plura producere potes ad interim. Etiam nec extremæ Unctiones ab ipso factæ instaurari videmus, quæ certè iterari potuissent in pluribus, qui superato morbo, tunc superviverent: quia in Baptismo reperitur illa singularissima, validissima, et potissima ratio, quæ nec in Matrimonio, nec in alio quolibet reperitur, nempè esse necessarium necessitate medij ad salvandum.

73. Hæc ratio extrahit Baptismum à regula generali omnium aliorum, quæ necessariò petunt Ministrum Sacerdotem tantùm, quia in his non adest illa summa necessitas medij ad salutem, ob quam Ecclesia declaravit quemlibet posse illum conferre; cæterùm eadem met ratio non tollit, quòd Sacerdos sit etiam legitimus Baptismi Minister, quia Sohs ipse est dispensator mysteriorum Dei, quam mysteriorum dispensationem sola necessitas medij ad salutem, extendere potest ad alios, non determinatos, sed quoslibet, etiam Paganos, in qua generalitate animadverti potest, quòd cura æternæ salutis hominum, ac sola illa, talem ministrationem permittat fieri ab alio præter Sacerdotem. Ideo nedubia manent salutis æternæ credentium, instaurata sunt in casu argumenti Baptismata, et non alia Sacramenta. Exhinc jam secundò respondeo ad instantiam, inquantùm allegatam Catharini opinionem tangit, negando consequentiam: talia enim Baptismata instaurari jussa sunt, non quia opinio Catharini non sit vera, sed quia tantùm est vera probabiliter, et non evidenter: ideo Ecclesia, quæ vult in tuto nos collocare, prætermissa Catharini sententia ad disceptationem theologicam, jussit rebaptizari fideles.

Si-

Siquidem talis Catharini sententia ut potè probabilis, et tantùm Opinio, sicut potest esse à parte rei, et subjectivè vera veritate reali, ita potest simili modo esse falsa, quod est proprium Opinionum, quantumvis probabilium. At medium necessarium ad salutem non est relinquendum probabilitatibus in ambiguo percipiendum, sed certitudinibus est in tuto collocandum.

74. Si autem aliqui Fideles conjugati ab ipso Parocho, quem afferre instantia, vellent, seu tunc voluissent sua instaurare conjugia, ut gratiam sacramentalem tutiùs perciperent, laudabiliter se gessissent. Connubia, aut Matrimonia ab ipso, etsi fictè, consecrata, validissima, rata, et vera fuere conjugia, taliter enim declaratum est à Cardinalibus Sac. Conc. Interpretibus apud Barbosam in Declarat. et Remiss. ad Conc. Trid. sess. 24. c. 1. n. 6.: Valet Matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum, prolata sint tantùm à Contrahentibus; dummodo Parochus sit præsens, et intelligat id quod agitur, licèt dissentiat, et Contradicat. In nostra Opinione, sine respectu ad sententiam Catharini, fuerunt vera tantùm in ratione Contractus, quare juxta nostram sententiam optimè facerent, si instaurassent. In sententia adversariorum dicentium ministros esse contrahentes, et in sententia relata Catharini, etiam fuerant sacramenta, quare instauratione non indigebant. Nos nunc dicimus, et defendimus problematicè rationem sacramenti in illis conjugijs: et fuisse sacramenta, stando dissertissimæ Catharini sententiæ, quæ valdè nobis arridet: et non fuisse sacramenta ob rationes allatas. Quolibet autem modo sit res, ipsa conjugia non jussa sunt instaurari: et quia Matrimonium non est medium ad salutem; et etiam ne ex tali præcepto nostra minus communis opinio definiretur, et roboraretur adversus

sus oppositam magis communem, et receptam à Doctoribus: licèt utraque sit ab Ecclesia recepta, et permissa ad disputationem, ut liquet ex toties repetita declaratione Benedicti XIV.

75. Argues 13°: ideo Parochus per vos est Minister Sacramenti, quia sine illo contractus civilis Matrimonij non potest exire in signum sacrum sensibile rei sacræ sanctificantis nos; sed hæc ratio est falsa, quia absque illo dari potest in Matrimonio signum sensibiliter sacrum: ergo. Probatur minor: absque Parocho aut alio sacerdote dari potest Baptismus, nempè collatus ab obstetrice, ergo qui sit signum sacrum sensibile rei sacræ sanctificantis nos: ergo à pari. = Respondeo ad argumentum primò: et distinguo antecedens probationis: potest dari Baptismus, qui sit signum sensibiliter sacrum, absque sacerdote, et aliunde potest sensibilizari sacratio hujus signi, nempè à forma sacra necessariò proferenda, Ego te Baptizo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti: concedo; potest Baptismus esse tale signum absque sacerdote, quin aliunde sensibilizari posset ejus sacratio, nego antecedens, et consequentiam. Verum est hoc posse verificari in Baptismo, ut ministrante obstetrice, vel alio non sacerdote, sit signum sensibiliter sacrum, cæterùm hoc nihil nos urget, ut potè dum ibi inveniatur aliud caput, unde sacratio sensibilizetur, nempè forma sacra, hic verò in Matrimonio nullum aliud caput est invenire ad talis sacrationis sensibilizationem, præter Parochum, ut diximus, et probavimus supra ad stabiliendam conclusionem.

76. Replicabis: possunt contrahentes adhibere formam sacram, dicendo, accipio te in meam, vel in meum in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti: ergo tunc Parochus non erit Minister, siquidem tunc casus non tenet allata ratio disparitatis. = Nego consequentiam. Primò: Forma cujusque sacramenti debet esse ab Ecclesia recepta, et usitata, non autem ad libitum Ministrantium, vel

vel recipientium Sacramenta: unde cum formula illa recitata in argumento, nunquam in usu fuerit, sed tantum mere ab arguente inventa, nil contra nos infert, quia Sacratio forma aut Ministri debet esse ei intrinseca in ratione talis, hoc est, debent eam in se habere eo modo expresso, quo Ecclesia illis utitur: Sacratio autem forma argumenti mere extrinseca esset mere voluntaria, et nullatenus in Ecclesia hucusque audita. Hoc non fit in Parocho, cujus presentiam semper exquisivit Ecclesia, ut ait Tridentinum sess. 24. Cap. 1. nec etiam evenit in ejus verbis, siquidem a Tridentino prescripta sunt, Ego vos conjungo in nomine Patris &c. vel alia juxta receptum unius cujusque Provincie ritum, eodem cap. = Secundo: nos hic non disputamus de Sacramento Matrimonii, inquantum aliam, vel aliis potuit habere formam, in quibus exprimeretur Ima Trinitas, adeoque ex sui natura Sacra; sed presentem agitamus controversiam de Matrimonio, prout ab adversariis proponitur, et habet contrahentes, consensum mutuo expressum, et verba nuda, accipio te in meam, vel in meum, et exquirit Parochum presentem &c. et de Matrimonio in hoc sensu ab Ecclesia recepto, et non alio inaudito, dicimus non posse esse signum sensibiliter Sacrum, nisi Parochus sit ejus Minister. Si autem Ecclesia uteretur forma illa in argumento relata, tunc aliter solveremus argumentum, ut patebit ex duplici responsione sequenti, quam argumento principali jam damus.

77. Itaque respondeo secundo ad argumentum principale, retorquendo illud, nam nimis probat. Si argumentum teneret, probaret etiam nullum Sacramentum exquirere Ministrum Sacrum, hoc modo: absque Parocho, aut Sacerdote potest dari Baptismus, qui sit Sacramentum, et signum sensibiliter Sacrum rei Sacre Sanctificantis nos: ergo a pari potest

potest dari Sacramentum Extreme-Unctionis, aut aliud quodvis, quin ministretur a Sacerdote. Quod argumentum nullam vim habet. Cur autem adversarii volunt eo nos impetere, ut Matrimonium a generali regula illa aliorum omnium Sacramentorum pro libito excipiant? Dicas forte: argumentum valere in Matrimonio, non autem in reliquis, quia ergo reliqua adest Ecclesia declarans solos Sacerdotes esse veros Ministros: ergo argumentum non probat nimis. Respondeo: Ideo nos recte adversarii inferre, quia sicut ceteris Sacramentis Sacrum habent Ministrum juxta Ecclesie declarationem, non est cur Matrimonium ab hac generali regula excipiamus; et aptius est, hoc Sacramentum, de cujus Ministro nulla adest declaratio, cum ceteris coequare omnibus, quam de illo theologizare, sicut de reliquis theologizavit Ecclesia, quam novam affingere theologiam, ut de Sacramento Matrimonii ad placitum disputemus. Nos ergo dicimus ergo Baptismum posse non modo a Sacerdote (qui est principalis ex officio Minister), verum et ab alio conferri posse, propter medii necessitatem ad salutem, quam pre reliquis habet: Matrimonium autem, quod, sicut nec reliqua, talem necessitatem non adfert, nullatenus conferri, sicut nec reliqua, nisi a Sacerdote confiteamur.

78. Jam tertio respondeo ad argumentum principale, negando absolute paritatem. Nam licet in Baptismo posset inveniri (prescindendo nunc a forma Sacra, quam etiam posset Matrimonium habere) ratio Sacramenti absque Sacro Ministro, nihil hinc evincitur in Matrimonio: illud enim, ut diximus, in Baptismo permisit, et declaravit Ecclesia, quia cum Baptismus sit necessarium necessitate medii ad salvandum, voluit Christus aut Ecclesia verbum illud adhiberi ad

Jo-

solos Sacerdotes, quorum copia fortè non esset, et plures gentium perirent, pro quorum salute ipse Dei Filius, et Sacramentorum institutor descendit de cœlis, et homo factus est. Matrimonium autem Sacramentum nullomodo est talis necessitatis, ideo non decet ipsum ministrari, aut confici nisi à Ministris Christi, et dispensatoribus mysteriorum Dei, quæ sunt Sacramenta. Nec dicas, quòd licet Matrimonium non sit necessarium qualitas Baptismus, attamen est necessarium ad procreandos filios, qui per Baptismum eorum naturam filiorum iræ, et induant potestatem filios Dei dicit: Liquidem Extrema Unctio etiam est necessaria ad depellendos morbos mentis, et corporis in illa hora extrema, et ad debellandum inimicum: Confirmatio est necessaria ad fortitudinem, et robur in Fide Divina: Dado est necessarius, ut Deo Creatori serviatur, et Ecclesia foveatur; at hic discurrendo de omnibus, quorum quodlibet suam peculiarem necessitatem præfert, ob quam fuit à Christo Domino institutum, et hæ omnes sunt præstantiores necessitate Matrimonij, quæ annexam habet carnem, cum reliquæ solum spiritum petant. ✠

79. Unde sicut aliorum omnium Sacramentorum necessitates peculiares, dignitate aliorum necessitate Matrimonij, illa non extrahunt, quin necessariò exquirant Sacrum Ministrum, qui soli decenter, et dignitati Sacramentali est competens, ita credere debemus de Matrimonio. Præterquam quod argumentum nihil probat contra nos, per quod Parochum aut Sacerdotem à legitima Sacramenti hujus administratione excludat: Sicut enim, licet Baptismus possit à quocumque indifferenter conferri, tamen legitimus et principalis ejus Minister verus est Sacerdos ex suo officio Sacerdotali: ita admisso et non concesso, contrahentes aliquando posse Sacramentum Matrimonij minis-

tra-

trare, tamen vi argumenti ipsius hoc à paritate non tollit, quin Parochus, aut Sacerdos ex suo officio sit legitimus et principalis ejus Minister, sicut in Baptismo. Unde argumentum ad summum infert hoc Sacramentum, sicut Baptismum, posse conferri, et à laico, et à Sacerdote indifferenter, quod non esset contra Conclusionem, inquantum Parochum relinquit esse legitimum hujus Sacramenti Ministrum, sicuti et cæterorum, etiam Baptismi, quod est principale nostræ resolutionis assumptum. Sed adhuc nolumus, nec ad hoc credendum nisi ab Ecclesia coacti fuerimus, Matrimonij Sacramentum habere illam Ministrorum indifferentiam, quæ permittitur in Baptismo, quia necessitas medij ad salutem, qualem Baptismus præfert, non adest hic in Matrimonio: ideo dicimus, quòd sicut cætera Sacramenta omnia, ita et Matrimonium non nisi Sacrum habet legitimum Ministrum. Ex quibus solidissimis, apertissimisque rationibus clarè liquet, pœnitatem illam Baptismi in nullo absolutè nos lædere.

8°. Arguis 1°: ut Matrimonium sit Signum sensibiliter Sacrum gratiæ, non requiritur Parochus: ergo hic non est ejus Minister. Probatur antecedens: contrahens ipse est sensibile, et quidem Sacratum Fide ipsorum contrahentium: ergo. = Respondeo distinguendo antecedens probationis: Sacratum sensibiliter Fide, nego; insensibiliter, concedo antecedens. Verum est Fidem interiùs Sacrare quamlibet Fidelium actionem, ipsa Fide regulatam; sed in hoc distinguuntur Sacramenta à reliquis actionibus Fidelibus, quæ Sacramenta non sunt, quòd nempe hæ, ut sint actiones Fideles, sufficit Fides interiùs eas, interiùsque applicata ab agente; at verò Sacramenta, ut talia sint, indigent, ut eorum Sacratio percipiatur per materiales sensus: aliàquin si Fides interiùs sufficeret, Ecclesia ut esset visi-

visibilẽ, non indigeret sensibilibus sacramentis; nam hæc sunt, quæ Ecclesiam sacram sensibilem, et visibilem faciunt; quomodo autem poterunt sensibilizare sacrationem Ecclesiæ, si ipsa non sunt signa sensibiliter sacra, et talitèr sacra, ut eorum sacratio sensibus materialibus percipiatur? et si ad sensibilizandam sacrationem sacramentorum sufficit Fides intrinseca, etiam ad sensibilizandam Ecclesiam sacram, eadem intrinseca Fides sufficiet: quod nemo dixerit. Fides etenim utpotè immaterialis, sensus nostros materiales prætervolat: ideoque Dominus Salvator noster sacramenta instituit, ut illam Fidem intrinsecam, quâ Ecclesia constituitur, sensibilizarent, sicque visibilis redderetur Ecclesia, aliàsque invisibilis. Nescio autem, quo pacto signa, quorum sensatio non sit sacra, sensibilizare poterunt Ecclesiæ sacrationem. Unde, cum Matrimonium sit unum ex septem illis sacramentis, ad sensibilizandam Ecclesiæ sacrationem institutis, debet sine ullo talem habere sacrationem, ut à sensibus percipiatur, ideoque adhiberi debet sacer Minister, ne, eo sublato, exstet sacramentorum Sphynx, quæ vocatur Matrimonium.

81. Atque ut 5ª: et potest esse replica antecedentis: sufficienter sensibilizatur sacratio Matrimonij, absque eo quòd Parochus sit Minister: ergo. Probatur antecedens: ex eo quòd contrahentes coram Parocho mutuum consensum exprimant, clarè videtur sacrum esse illum contractum: ergo. = Negò antecedens probationis. Hoc quod audis signum sensibiliter sacrum est prædicatum qualificativum sacramenti, debet ergo ab aliquo sacro provenire per verum influxum ejus linea, qualis sit prædicatum illud. Nunc argumentum concedit à Parocho provenire, ergo ejus sola præsentia non sufficit, nulla enim causa solâ suâ præsentiâ causat, sed requiritur ejus virtutem aliquomodo communicari passo, ut in hoc resultet prædicatum correspondens causæ illi, unde Parochus

vere

verba proferre debet, quorum vi illud sacrum resultet in signo illo, quod est sacramentum, ut evidet in reliquis sacramentis, quæ licèt formam habeant sacram, tamen à sacro Ministro pronuntiari expectant, ut à virtute sacrâ prodiens forma, sacrum resultet signum. Si autem sola sacri Ministri præsentia, et nihil tra requireretur: duo Infideles coram aliquo Parocho contrahentes sacramentum recipierent, dico duo Infideles, qui vicinian in prædicti Pastoris Parœcia haberent. Nec dicas hìc dubitare contrahentium Fidem, nam de occultis non judicat Ecclesia. Præterquam quod dicant adversarij, an sola Sacerdotum præsentia sufficiat ad sensibilizandam sacrationem hujus sacramenti, non autem aliorum? certè rationem solidam non invenient.

82. Ampliatur, et explicatur hæc responsio, et doctrina, quæ apprimè necessaria est, ut percipiatur soliditas nostri fundamenti. Pone Lutherum tenentem innumeros, Calvino, et Kemnitio comitatum, in quorum præsentia ex una parte videantur duo ethnici contrahentes Matrimonium, et ex alia duo Catholici etiam conjugium celebrantes: quæ efficere potest, ut Catholici illo suadet, Matrimonium A. catholicorum esse sacramentum, non verò connubium B. ethnicorum, cum nil prorsus distinctionis percipiant in uno, quàm in altero? si autem inter præfatos contrahentes Catholicos, ethnicosque, medios constituas duos testes, et Parochum, qui nil prorsus pronuntiet, nec amplius quàm præsentem se ostendat: hoc ingram, suadere potest Heterodoxos, ut conjugium catholicorum sacramentum credant præ connubio ethnicorum, cum eadem officia præstare videant Parochum erga utrumque? Certè non invenio quis differentiæ invenire poterimus, tacente Parocho, ut tali conjugiorum conflictu Hæreticos conveniamus, ut distinctionem sacramenti à non sacramento percipiant. At verò si posueri-

mus

nus Parochum, qui conjugium Catholicorum conficeret forma sacra Ego vos conjungo &c. aut alia simili juxta Tridentinum, non ne parvulam conjugiorum distinctionem videbunt, dum spretis ethnicis, imo detestatis precibus sacrum Ecclesiæ Ministrium sum sacram actionem præstare erga Matrimonium Catholicorum? Certe non video, qualiter ista postponant Doctores Catholici, parumque ex Acatholicis præferant, hoc solo contenti, ac persuasi, quatenus ea convincere, aut redarguere valebunt, dum, relicta sensatione vocis, quæ conjugij proprij indistincta, pro ethnicis opponunt Romanam Ædem, quam, omnibus signis sensibiliter sacris, nullatenus posse sunt advertere.

§3. Præterea argumentum, licet tantum exquirat Parochi præsentiam, et non ministerium, tamen eam necessariò exquirit, ut Matrimonium sit signum sensibiliter sacrum, et consequenter Sacramentum. Ubi concedere, et supponere liquet, matrimonium clandestinum nunquam fuisse Sacramentum. Dum itaque habet conjugium clandestinum contractum absque sacro Ministro, nunquam absque sacro Ministro fuisse Sacramentum, quæ evincere potest Parochum non esse ejus legitimum Ministrum? Licet è regione, si nos concederemus, aut ipsi probarent matrimonium clandestinum absque sacro Ministro fuisse aliquando Sacramentum, difficulter nos nostraremus Parochum esse ejus legitimum Ministrum: Nisi forte subscriberemus Cardinali Toleto, qui lib. 7. Summæ Cap. 6. tradit Parochum esse Ministrum Matrimonij legitimum, et concedit Matrimonia clandestina fuisse ante Tridentinum Sacramenta, dicens hujus Sacramenti Ministrum non fuisse ad ejus confectionem necessarium, si post statutum Tridentini decretum. Nequid autem desiderentibus hic desit, hic subnectere placuit duas declarationes Card. Sac. Conc. Interpretum circa debitam Parochi præsentiam, quas affert

affert Barbosa in Declarat. sup. sess. 24. Cap. 1. primam num. 6: adhibitus verò Parochus intelligitur, etiamsi ex alia causa principaliter esset vocatus, dummodò sit adhibitus etiam ad illum actum. Et tertiam refert num. 10. §. satis est: Et Parochus ita præsens Matrimonio debet esse, ut appareat à contrahentibus hac de causa adhibitus fuisse. Ex ipso autem Barbosa in remiss. ejusd. cap. §. Intactæ Ecclesiæ, constat, quod ad verificandum Matrimonium celebrari in facie Ecclesiæ juxta Concilij præscriptum, sufficit ut sit celebratum in ipsa maceriali Ecclesia, vel in ejus limine, vel domi coram aliqua fidelium multitudine, quæ tanquam quædam catholicorum Congregatio censeri potest Ecclesia.

§4. Arguis 16°: Si Parochus esset hujus Sacramenti Minister, ejus verba pertinerent ad substantiam Sacramenti; sed non pertinent: ergo. Probo minorem: ex Declaratione Emm. Card. Sacri Concilij Interpretum, facta congregationi Episcopi Salmantini, quam et affert Barbosa citatus in Declar. num. 6. cit: Non pertinet ad substantiam Matrimonij, ut Parochus aliqua verba proferat: ideo valet Matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum, prolata sint tantum à contrahentibus; dummodò Parochus sit præsens, et intelligat id quod agitur, licet dissentiat, et contradicat: ergo. Distinguitur, et explicatur declaratio probationis. Non pertinere verba Parochi ad substantiam Matrimonij, in quantum contracta, concedo; non pertinere, in quantum Sacramentum, nego. Nihil aliud decernunt Emi Card. quam explanare Tridentini mentem, quæ, suppositis controversijs acriter inter Catholicos Doctores agitatis, in hoc collimavit, ut, relicta in suo robore opinionum probabilitate, fideles obligarentur ut in facie Ecclesiæ nuberent, prosciptis clandestinis. Tali namque apposito salubérrimo decreto, et immunitatibus damnis medebatur, et si forte Parochus erat re ipsa ex natura rei Minister,

eo

eo presente, Sacramenta conflarentur conjugia, si formam proferret: non autem jussit, aut declaravit, ad substantiam Matrimonij id pertinere, quà Sacramentum est, ob rationem toties repetitam, ne controversia decideretur. Et hoc fuit, quod in prefata declaratione explicatur, non autem restringitur ibi mens Concilij, ut Parochum è Ministerio excludat, hoc enim non latuisset Benedictum XIV. qui, ut pluries inculcavimus, sensit Ecclesiam nihil in hoc puncto hactenus pronuntiasse, sed Theologorum disputationi reliquisse.

85. Urgebis: mens Eminentissimorum Card. fuit id declarare de matrimonio, ut Sacramento: ergo non valet responsio. Probatur antecedens: mens Card. fuit respondere menti interrogantis Episcopi; sed hujus mens erat consulere de Sacramento, non de Contractu: ergo. Patet minor: nam hic dubitare post Concilium non poterat de contractu, quem irritum sciebat ex Concilij decreto, nisi coram Parocho, et testibus fieret: ergo ejus mens erat interrogare de Sacramento. = Respondeo negando antecedens, et minorem probationis distinguo: non de contractu clandestino, concedo; non de contractu coram Parocho verba proferente, nego minorem. Distinguo itidem ejus probationem: non poterat dubitare de contractu, quem irritum sciebat, nisi fieret coram Parocho proferente verba, concedo; quem irritum sciebat, nisi fieret coram Parocho tacente, nego. Concilium Tridentinum irrita declaravit matrimonia, quæ non fierent in facie Ecclesiæ: modum autem, quo palam fieret, præscripsit, instruens Parochum non solum de presentia physica, sed etiam de verbis, quæ presens erat super conjuges prolaturus. Unde post Concilium non solum dubitari poterat, an matrimonium absque verbis presentis Parochi esset Sacramentum, et etiam, an matrimonium sine verbis ipsius presentis Parochi esset verus contractus, si quidem Tridentinum ad ejus validitatem, non solum expressit Pa-

Parochum debere esse presentem, sed etiam prolaturum dixit verba Ego vos conjungo &c. vel alia recepta. Consultationi ergo Salmantini Episcopi respondens Sacra Cardinalium Congregatio, hanc secundam dubitationem solvit dicens ad substantiam contractus matrimonij non requiri Parochi verba, sed ejus tantum presentiam physicam, quod idem nosmetipsi fatemur. Non autem dixerunt Eminentissimi talia verba superfluere, seu non requiri ad veram substantiam Sacramenti matrimonij, quæ est prima illa dubitatio, circa quam versatur presens controversia, et de cujus definitione Ecclesia sancta semper abstinere voluit, eam Theologorum disputationi relinquens, ut citatus Sanctissimus Benedictus declaravit. Ideo et stat veritas declarationis Cardinalium, et stat veritas nostræ resolutionis intacta, et ~~[illegible]~~ in nullo læsa per Declarationem in argumento allatam.

86. Adid[illegible] autem, quod additur in declaratione, pro roboratione argumenti, etiam si Parochus dissentiat, et contradicat, dicimus. Vel talia verba intelliguntur de interiore dissensione, et contradictione interius tantum posita, et non manifestata; vel intelliguntur de contradictione expressa, et quæ præsentibus nota sit, quâ Parochus apertè opponatur. Si primo modo: recole, quæ diximus pro solutione duodecimi argumenti, ubi plurima ad rem congerere potes. Si autem secundo modo intelligantur: vide, quæ pro primi argumenti enodatione retulimus, quæ omnia hic commodè aptantur, nec ea hic regerimus, ne actum agere videamur. Quovis cumque autem modo res se habeat, rectè sentimus, quòd nisi Parochus, sive de ejus, aut Ordinarij licentia Sacerdos super actu contrahentes proferat verba illa, Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti, vel alia juxta

ta receptam ritumq; cujusque Provinciæ vitam, prout respondebitur in septimo laudato Tridentini decreto, nullatenus contrahentes recipient Sacramentum: adhoc enim requiritur, saltem ingressi novæ Legis Sacramenti, ut accedat verbum ad elementum, nempè, quod, ut ait Rituale Romanum verbis ab Alberto Castellano Ord. Pred. collectum an. 1494. contrahentibus respondentibus se nec affines, nec consanguineos &c. sacendo, pronuntiet verba, quæ sunt forma hujus Sacramenti.

§ 7. Arguis 17°. eos Magistros sententiarum in 4. d. 28. lit. B. §. Præmissa autem. Ubi clarè tenet benedictionem sacerdotis non pertinere ad essentiam Sacramenti. Sic ait: „In hujus Sacramenti „celebratione, sicut in alijs, quædam sunt pertinentia ad substantiam „Sacramenti, ut consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahen„dum matrimonium: quædam verò pertinentia ad decorem, et so„lemnitatem Sacramenti, ut parentum traditio, sacerdotum bene„dictio, et hujusmodi: sine quibus legitimè fit conjugium, quantùm „ad virtutem, non quantùm ad honestatem Sacramenti: exempl. Respondeo ad argumentum, assignando triplicem solutionem ex ipso Magistro petitam. In primis: Duplex Magistrum: solus consensus contrahentium, non verò benedictio sacerdotis pertinet ad substantiam Sacramenti, cujus natura non est causare gratiam, tranſeat, cujus natura est causare gratiam, sicut et reliqua, nego. Magister sententiarum in eodem 4. d. 2. lit. A. §. Jam ad Sacramenta, tenet Sacramentum Matrimonij tantùm afferre concupiscentiæ remedium, non verò causare gratiam, dicens: „Jam ad Sacramenta no„væ legis accedamus: quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Panis bene„dictio, id est, Eucharistia, Pœnitentia, Unctio extrema, Ordo, Con„jugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, et „gratiam adjunctam conferunt, ut Baptismus: alia in remedium tan-

„tantùm sunt, ut Conjugium: alia gratiâ, et virtute nos sulciunt, „ut Eucharistia, Ordo, &c. Quare ad calcem nonum operum Paris. edit. an. 1557. quibus utor, apposuit hic titulum: Collectio errorum Parisijs condemnatorum. Sub quo ad locum vigesimum quintum posuit hic titulum: Articuli, in quibus Magistrum sententiarum communiter non tenetur. ubi post numerata loca primi, secundi, et tertij libri, inter ea, quæ de quarto libro notat, hoc habet: Quinto, quod quædam Sacramenta novæ legis instituta sunt in remedium tantùm, ut Matrimonium. dist. ij. cap. primo. Jam ad Sacramenta. Igitur Magistrum asserens conjugij Sacramentum non causare gratiam, sed tantùm datum esse, seu permissum ad concupiscentiæ remedium, statuit postea talij Sacramenti substantiam in solo consensu contrahentium consistere; at nos de tali Sacramento non causante gratiam, sicut cætera, non curamus, videoq; in distinctione argumenti divinum transeat. Magister, et quicumque idipsum de Matrimonio sentiunt, nempè non causare gratiam (saltem in subjecto capaci), dicat quidquid voluerit circa ejus essentiam, quicumque voluerit, sit ejus Minister. Nos autem, qui inter Sacramenta Novæ legis nullum agnoscimus, quod, in hoc quod est absolutè causare gratiam, cæteris sit impar, dum de Matrimonio, et esse Sacramentum novæ Legis, et in lege Evangelica veteribus commutijs per Christum gratia prætare, cum sacro Concilio Tridentino sess. 24. in initio. §. Cum igitur, catholicè fatemur, non alium ejus legitimum Ministrum credimus, præter eum, qui solus omnium religiosorum legitimus est, Sacerdotem. Itaque hujus benedictio rem, et verba non solùm ad decorem, honestatem, et solemnitatem Sacramenti Conjugij, sed etiam ad ipsius substantiam essentialiter pertinere docemus.

§ 9. Respondeo secundò ad argumentum, aliter explicando

Ma-

Paragrafo ap.te 88.

Magistrum. Solus contrahentium consensus, non verò benedictio sacerdotis pertinet ad substantiam Sacramenti, quod in ratione Sacramenti ante Evangelicam legem existebat, transeat: quod tantùm in lege Evangelica habet rationem Sacramenti, nego. Magister ipse loc. cit. lit. C. sub tit. Quòd Sacramentum conjugij fuit ante peccatum. affirmat hoc Sacramentum in ratione talis fuisse ab initio mundi institutum, dicens: "Fuit tamen conjugium ante peccatum institutum, non utique propter remedium, sed ad Sacramentum, et ad officium: post peccatum verò fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus. = Deinde clarius hoc explicat proprio loco, nempè dist. 26. lit. A. dicens: "Cum alia Sacramenta post peccatum, et propter peccatum exordium sumpserint, Matrimonij Sacramentum etiam ante peccatum legitur institutum à Domino. = Nos verò Tridentino, et Doctore subtili innixi non agnoscimus tale Sacramentum, sicut nec cætera, nisi post Christum, licèt noverimus contractum. Audiatur Tridentinum cit. ib. §. Gratiam verò, ubi sic ait: Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, et indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium Sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit::: Cum igitur Matrimonium in lege Evangelica veteribus conjugijs per Christum gratia præstet, meritò inter novæ Legis Sacramenta annumerandum Sancti Patres nostri, Concilia, et universalis Ecclesiæ traditio semper docuerunt.*

* idem præmisserat S. Ambrosius lib. 4. de Sacr. Cap. 4. dicens: Auctor Sacramentorum quis est, nisi Dominus Jesus?

90. Etiam N. Doct. Marianus in 4. d. 26. q. Un. §. Sed quia docet tale Sacramentum, sicut et reliqua, fuisse institutum à Christo Domino. En ejus pulcherrima verba: "Sed quia communiter tenet Ecclesia Sacramentum Matrimonij esse septimum inter Ecclesiastica Sacramenta, et de Sacramentis Ecclesiæ non est aliter sentiendum, quàm sentit Ecclesia Romana, extrà

de

de hæreticis. Ad abolendam. ideo dici potest, quòd contractui matrimoniali annexit Deus Sacramentum propriè dictum, saltem pro lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novæ legis: et tunc opportet dicere, quòd institutum fuit à Christo, sicut universaliter dictum est supra de Sacramentis Ecclesiasticis. Ubi autem, non invenitur planius, quàm Matth. 19. et licèt ibi tantùm approbaverit contractum institutum, Genes. 2. et per consequens illum non instituit: instituit tamen Sacramentum. Quod potest accipi ex illo verbo, quod addidit, Quod Deus conjunxit, homo non separet; ut non intelligatur ibi conjunxisse pro instituisse præcisè contractum matrimonij: sed conjunxisse extunc gratiosè per institutionem Sacramenti concomitantis illum contractum conjungentem. = Magister ergo, dum ante ipsum Christum docet institutum hoc Sacramentum, dicat quidquid ei placuerit de Sacerdotali benedictione; neque enim ipse consequenter ad institutionem, quam à mundi primordijs huic Sacramento tribuit, poterat affirmare Sacerdotalem benedictionem esse de essentia hujus Sacramenti, ne caperent eum in sermone, in mundi namque principio secundùm ipsum verificabatur Sacramentum conjugij, et adhuc non aderant Sacerdotes benedicturi, et prolaturi verba ipsius consecratoria. È converso autem nos, qui tantùm post Christum Sacramentum conjugij veneramur institutum, non audemus dicere, talis Sacramenti Ministrum legitimum alium esse præter Sacerdotem, cujus verbis accedentibus ad elementum contractus, resultat Sacramentum, quod non tantùm ad concupiscentiæ remedium, sed principaliter ad causandam sanctæ unionis, et catholicæ copulationis gratiam est institutum.

91. Jam tertiò respondeo ad argumentum, aliter explicando Magistrum. Solus contrahentium consensus, non verò Sacerdotum benedictio pertinet ad substantiam Sacramenti, quod est bonum Sacramenti novæ legis, concedo; ad substantiam Sacramenti, quòd est novæ legis Sacramentum, nego. Dupliciter potest

hic

hic usurpari hoc nomen Sacramentum: vel pro Sacramento novæ legis, quod in actione, et tantùm in fieri consistit; vel pro bono Sacramenti, quod est primum conjugiorum fidelium bonum, et consistit in esse quieto permanenter, est enim vinculum conjugale, seu conjugij indissolubilitas. De hoc quidem ipse Magister in 4. d. 31. literis B. et C. dicit: "Sacramentaliter separari
" non possunt (conjuges) dum vivunt, si legitimæ personæ sint. Ma-
" net enim vinculum conjugale inter eos ::: Sacramentum non
" cassatur ::: Sacramentum ita inseparabiliter conjugio hæret
" legitimarum personarum, ut sine illo conjugium non esse videa-
" tur, quia semper manet inter viventes vinculum conjugale, ut
" etiam interveniente divortio fornicationis causa, conjugalis vin-
" culi firmitas non solvatur. Ubi verò non inter legitimas personas
" contrahitur conjugium, non adest illud bonum, quod dicitur
" Sacramentum. = Hæc autem distinctio Sacramenti, quod est novæ legis; et Sacramenti, quod est primum bonum fidelis conjugij, clarius traditur à N. Doct. sub. in 4. d. 31. q. Un. §. Ad quæstionem ergo dico. n. 5. ℣. Respondeo, his verbis: "Sacramen-
" tum, ut est bonum matrimonij (sicut dictum est) non accipitur
" pro Sacramento novæ legis, quia illud est sensibile: ista autem
" indissolubilitas est quid spirituale in mentibus contrahentium.
" Sacramentum enim matrimonij statim transit, quia con-
" sistit in fieri: ista autem indissolubilitas manet, et est in esse
" quieto, non in fieri. Sacramentum etiam est dispositio ad gra-
" tiam in dignè suscipientibus: non autem ista in-
" dissolubilitas. Hoc enim est intrinsecum bonum omnis matri-
" monij novæ legis, ita quòd impossibile est esse matrimonium
" formaliter sine illo, quod est forma ejus.

92. Magister ergo in præfata d. 28. quam argumentum tangit, tendit explicare, qualiter consensus de futuro non sufficiat ad contrahendum, et nititur ostendere solum consensum de præsenti verbis, aut signis expressum facere matrimonium. Et cum sibi objecisset verba Evaristi, quibus statuere videtur, quòd sola illa connubia legitima sint habenda, in quibus intervenit dos, et Sacerdotum (ut mos est) benedictio: respondet hæc non venire ad virtutem Sacramenti, nempè quòd est vinculum conjugale, et virtus fidelis matrimonij: tale verò Sacramentum quod est bonum matrimonij, ait non esse honestum sine illis, traditione parentum, et Sacerdotum benedictione: sine quibus inquit, legitimum fit conjugium, quantùm ad virtutem, non quantùm ad honestatem Sacramenti. Hoc ergo bonum Sacramenti, substantia matrimonij rectè appellatur, illud enim est, quod substantialiter intenditur per matrimonium, ut nempe vir adhæreat uxori suæ, id est, ut ait Doct. sub. in 4. d. 26. q. Un. §. Per hoc patet. n. 18. ℣. Secundum: non momentaneè accipiat. Et hæc quidem Sacramenti substantia ex solo contrahentium consensu mutuò de præsenti expresso procedit (maximè ante Tridentinum, ut tunc erat). Quòd autem hæc substantia, hoc Sacramentum, scilicet bonum matrimonij, sit decorè, honestè, et solemniter, provenit ab illis circumstantijs, traditione parentum, dote, paranymphorum oblatione, et Sacerdotum benedictione. Itaque intellecto Magistro de Sacramento, quod est bonum conjugij, et ejus substantia, ac prima perfectio formalis (ut ait Doct. in 4. d. 31. q. Un. §. et ℣. ad quæstionem. n. 4. "Sacramentum, ut hic accipitur,
" est bonum intrinsecum matrimonij, quia ejus prima perfec-
" tio est formalis), totum concedimus: non verò si intelligatur de Sacramento novæ legis, cujus substantia, seu essentia verificari nequit, quin accedat Sacerdos proferens verba, quæ sunt ejus forma.

93. Argues 18°. pluribus auctoritatibus Doct. Angelici, quæ à Thomistis oppositæ sententiæ circumferuntur, et novissimè eas produnt Em. Card. Vincentius-Ludovicus Gotti. tom. 3.

3. Theol. Dogmat. Edit. Venet. an. 1750. Tract. 13. de Matrim. quæst. 2. Dub. 5. et Antonius Boucat tom. 8. Theol. Patrum Edit. Venet. an. 1737. Part. 3. de Sacram. dissert. 7. de Matrim. art. 5. quibus utor.* In 4. d. 26. q. 2. art. 1. ad 1.° Verba, inquit D. Thomas, „ quibus consensus Matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus Sacra„ menti, non autem benedictio Sacerdotis, quæ est quoddam Sacramenta„ le. = Rursus: in Supplem. 3. part. q. 45. art. 5. in Corpore, idem docet, et expressius in resp. ad 2.° Dicendum, inquit, quòd actus noster „ in Pœnitentia quamvis sit de essentia Sacramenti, non tamen est „ sufficiens ad inducendum proximum effectum Sacramenti, scilicet, „ absolutionem à peccatis. Et ideo oportet quòd ad perfectionem Sa„ cramenti interveniat actus Sacerdotis. Sed in Matrimonio actus „ nostri sunt causa sufficiens, ad inducendum proximum effectum, „ qui est obligatio; quia quicumque est sui juris, potest se alteri obli„ gare, et ideo Sacerdotis benedictio non requiritur in Matrimo„ nio, quasi de essentia Sacramenti: ergo ex D. Thoma non Sacer„ dos, sed contrahentes sunt ministri Sacramenti Matrimonij.

* Efficaciores autem ex omnibus sunt hæ.

94. Sufficeret nobis pro solutione argumenti assignare distinctionem, sub qua intelligenda foret Angelici Doctoris mens. In prima enim intelligi possent verba contrahentium esse formam hujus Sacramenti materialiter sumpti, quatenus contractus potest dici Sacramentum Matrimonij, sicut ablutio dicitur Sacramentum Baptismi, ut supra num. 62. retulimus ex Ven. Card. Bellarmino, quin ex hoc inferatur ablutionem solam esse totum Sacramentum Baptismi, quod non ex sola ablutione constat, sed præter illam habet etiam formam Sacram, et Ministrum. Et ita contractus dicitur etiam Sacramentum, quin ex hoc inferatur solum ipsum esse Sacramentum, sed ultra requirit Sacram formam, et Sacerdotem. Et hoc modo si intelligimus ly Sacramenti, benedictio Sacerdotis est respectu talis quoddam Sacramentale, nempè ex qua cum verbis, quæ sunt totius Sacramenti forma, ab ipso prolatis, et ex tali

tali Sacramento, quod in rigore tantùm est materia totius Sacramenti proxima, conficitur totum Matrimonij Sacramentum. Et exhinc, ad secundam auctoritatem possemus dicere, non requiri verba Sacerdotis ad inducendam obligationem illam, seu vinculum, quod est primarius effectus contractus, qui licèt in lege naturæ, et veteri non esset Sacramentum, tamen illum effectum habebat: non autem dixit Magister Angelicus, benedictionem Sacerdotis, ejusque verba non requiri, quasi de essentia Sacramenti totaliter accepti, cujus primarius effectus est causare gratiam unitivam, quæ, ut ait Tridentinum citatum, naturalem illum amorem perficit, et indissolubilem unitatem (obligationem D. Thomæ, vinculum nempè) confirmat, conjugesque sanctificat.

95. Sufficeret, inquam, hæc non absurda Angelicæ mentis interpretatio, quæ difficulter invalidabitur ab adversarijs: sed his et similibus auctoritatibus pro immediata solutione reponimus alias longè plures, quæ adferuntur à Thomistis, nostris Cani condiscipulis, quas et nos ipsi in Angelico Magistro perlegimus. Prima est. In 4. d. 1. q. 1. art. 3. ad 5. „ Matrimonium, inquit D. Thomas, „ secundùm quòd est in officium naturæ, et Pœnitentia secundùm „ quòd est virtus, non habent aliquam formam verborum; secun„ dùm quòd utrumque est Sacramentum in dispensatione Minis„ trorum Ecclesiæ consistens, utrumque habet verba. = Secunda: Lib. 4. contra Gent. cap. 78.° Matrimonium, ait, inquantùm ordi„ natur ad bonum Ecclesiæ, oportet quòd subjaceat regimini ecclesi„ astico. Ea autem, quæ populo per Ministros Ecclesiæ dispensantur, Sa„ cramenta dicuntur. Matrimonium igitur, secundùm quòd consistit „ in conjunctione maris et fœminæ intendentium prolem ad cultum „ Dei generare, et educare, est Ecclesiæ Sacramentum: unde et quæ„ dam benedictio nubentibus per ministros Ecclesiæ adhibetur: et „ si-

„ sicut in alijs Sacramentis per ea quæ exterius aguntur, spirituale
„ aliquid figuratur; sic et in hoc Sacramento per conjunctionem
„ maris et fœminæ (ea scilicet conjunctio, quæ fit à Sacerdote per
verba Ego vos conjungo &c. quæque sola est externa, et sensibilis
consequenter ad ly per ea quæ exterius aguntur, non autem con-
jugum, quæ tantum interna est, animorum nempè, mutuò tra-
ditorum) „ conjunctio Christi et Ecclesiæ figuratur.

96. Tertia: In 3. part. quæst. 83. art. 3. ad 8. expressè dicit:
Dispensatio Sacramentorum pertinet ad ministros Ecclesiæ. Quarta:
In supplem. 3. p. q. 8. art. 1. ait: Solus ille est Minister Sacramen-
torum, in quo gratia datur, qui habet ministerium super corpus
Christi verum, quod solius Sacerdotis est. Quinta: Ib. q. 31. art. 1.
Scribit: Nullius Sacramenti dispensatio laicis ex officio competit.
Ubi nota ly ex officio, ut ex mente Angelici Magistri occurras
argumento, quòd fit à paritate Baptismi à laico ministrati, quod
etiam pontentissimè enervat ipsa solius Baptismi necessitas medij ad
salutem. Denique ibid. q. 59. art. 2. ad 1. docet: Matrimonium,
secundum quòd est Sacramentum consistens in dispensatione mi-
nistrorum Ecclesiæ, non competere infidelibus. In qua auctoritate
locum non habet evasio illa adversariorum distinguentium de Sa-
cramento secundum solemnitatem, aut præceptum Ecclesiæ, et se-
cundum solam essentiam, non attento Ecclesiæ præcepto; nam quo-
modolibet res se habeat, Sacramentum non competit infidelibus.
Concludo igitur argumenti responsionem cum Francisco Sylvio in
2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. ubi docet, S. Doctorem, si suam summam
absolvisset, declaraturum fuisse, ministrum Sacramenti Matri-
monij esse Sacerdotem. Et ad summum dicam cum Daniele Conci-
na lib. 2. de Matrim. c. 5. §. un. n. 6. in tom. 10. edit. Rom. an. 1751.
quòd ambigua est super hac controversia S. Thomæ mens.

Solu-

97. Solutis jam pro nostro captu omnibus argumentis, dum ibidem
pro alijs quibuscumque formabilibus solutiones innuimus, ad spe-
ciatim investigandam N. Doct. subtilis mentem accingimus, cujus
potissimum præter Scholæ obligationem ea est nobis occasio. Multis
abhinc annis, ex quo scilicet primas theologiæ Morali curas dedi, pla-
nè importabile judicabam, quod penè in omnibus auctoribus lege-
bam, Sacramentum nempè Matrimonij reliquorum metas exce-
dere in exclusione Ministri sacri, qui sicut et cætera Dei mysteria,
quibus Ecclesia sancta visibilis redditur, ita et hoc fidelibus dispen-
saret. Et cum præter hanc nulla alia ratio nobis tunc adesset;
licèt intus oppositæ sententiæ cordicitus dissentirem, tamen pa-
lam contradicere non audebam. Nec mentem meam intra me
cohibere taliter potui, quin eam manifestam facerem Viro
illi maximo, in omnibus Scientijs, Theologia quadruplici, Utro-
que Jure, Philosophia antiqua, et nova, Medicina, Mathesi &c.
inter paucos versatissimo, quem non Vitricum, sed Patrem,
et plusquam Patrem potius appellem, cujus et dignitatem reticeo,
ne inflationem, et non votum pro me dicar expostulare. Igi-
tur Vir optimus, Thomisticæ Scholæ addictissimus, cujus funda-
menta in magno S. Pauli Cordubensis fonte hauserat, men-
tem probavit, suamque jamdudum dictitare non destitit, exi-
mium Patronum Melchiorem Canum ostendens, cujus senten-
tiam, postquam evidentissimis rationibus, ac discursibus pro
solito declaravit, strictissimo præcepto, repetitoque monitu in-
junxit, ut quamtocius sese offerret ocasio, publicis thesibus pro-
pugnarem. Nec ab mui quamcitissimè annuere, dum præter an-
tiquam mentis meæ inclinationem, ipsam et celeberrimi Docto-
ris Melchioris Cani suffragio fultam, et ab amantissimo Patro-
no supramodum venerabar commendatam. Statim ergo ac Pa-
trum benevolentia ad Moralem Theologiam in hoc Granatensi

Con-

Conversæ edocendam meritò licèt impares tui assumpsi, abiji Patribus proposulare non dèstiti, quo mihi Canum defendendi facultas fieret. Et primùm quidem omninò rejecti, quasi novitatum introductor, tandem post duos continuos rogationi annos, exoptatam licentiam tui adepti. Jamque ad publicas theses defendendas proximus accingebar, siquidem quindecim tantùm dies usque ad defensionis tractum restabant, cum, acri increpatione correptus, omni Canum defendendi facultas mihi adempta est; sive quòd in universum Hispani Doctoribus Canì sententia displiceret; sive, quod potissimum erat, omnibus Scotistis usque nunc diversè proclivis; plerisque eorum absentibus Scotum expressè tenuisse contrariam, Mastrio, Frassen, Reiffenstuelio, Dupasquiero, Henno adstipulantibus. Et sanè, Canum defendendi gloria privatus, nisi validissimo N. Mag. Gallego, se amantissimo Patre obsequendi Suffragio intercedente, sublata facultas mihi restituta fuisset. At non ex hinc Patribus satisfaciendi obligationem eorum, qualiter Doct. Subtilis in hac re sit habuerit, et quomodo Scotistæ, qui eum expressè oppositum tenuisse dicunt, minùs accuratè, aut potiùs minùs passionè carentes ipsius Doctoris literam sunt sensati. Ideo post tractatam conclusionem, et abarguementorum telis propugnatam, specialem titulum, sub quo Doctoris mens aperiè omnibus patefieret, tractare decrevi. Itaque sit

§. 3us

Aperitur Mens N. Doctoris Subtilis Scoti circa hoc punctum.

98. Omnes planè Scotistæ, quos viderim, uno dempto Ovando, nobis adversantem sententiam sunt amplexati. De mente autem Doctoris subtilis ergo hoc punctum non omnes æqualem curam adhibuere. Plures, vel potiùs plerique, prætermisso, nec citato Doctore, suam mentem ab-

absumunt, quasi Scotus unquam de hac re locutus fuisset. Ita Joannes Poncius in Theolog. disp. 43. de Sacram. Matrim. quæst. 6. concl. 7. Emmanuel Rodriguez tom. 1. Summæ Moralis cap. 214. num. 3. Noster Cleyerus suæ Synopseos Compendium Theol. Mor. tract. 2. de Matrim. cap. 6. Bartholomæus Durand tom. 5. Theol. Scotist. disp. ult. de Matrim. quæst. 5. Elbelius Bassæus in Flor. Theol. Mor. V. Matrimonium. Joannes de Alcanpeta in Manual. Confess. part. 1. tract. 3. cap. 3. Felix de Potestate Examen Confess. tom. 1. part. 4. cap. 2. de Matrim. num. 3951. Apollonius Holzmann tom. 2. Theol. Moral. part. 6. tract. 2. de Matrim. art. 2. §. 1. Augustinus Patritius Sporer tom. 3. Theol. Mor. part. 4. cap. 1. sectione 4. §. 3. cui conformatur ejus continuator Kilianus Kazemberger in editione Salisburgensi an. 1770. et Angelus Englmayr tom. 3. de Matrim. sub tit. Dispositio Matrimonii pag. mihi 26. et seqq. edit. Styrensis an. 1748.

99. Alii Doctorem tenuisse expressè sententiam Cano oppositam asserunt, duce Antonio Riquo in Comment. ad lit. Doct. in 4. Dxon. dist. 26. quæst. Unic. §. Sed quia. num. Comm. 76. lit. u. qui post se trahit tertiam partem Stellarum, Bartholomæum Mastrium in 4. disp. 7. de Matrim. quæst. 2. art. 2. quod idem repetit in Theol. Mor. disp. 20. q. 1. art. 2. Sebastianum Dupasquier tom. 8. Theol. disp. 1. de Matrimonio q. 1. Franciscum Henno tom. 2. Theol. tract. de Matrimonio disp. 2. quæst. 6. Claudium Frassen tom. 12. Theol. edit. Rom. 1722. tract. 3. disp. 2. art. 1. quæst. 1. Marianum Panger tom. 4. theol. Schol. Moralis-Polem. lib. 4. disp. 2. q. 2. de Matrim. Assert. 3. Crescentium Krispen tom. 4. Theol. Scot. tract. 12. dist. 20. de Matrim. q. 4. Assert. 2. et Anacletum Reiffenstuel in Theol. Mor. tract. 14. dist. 13. de Matrim. q. 2.

Cæte-

Cæterum, qua veritate hi asseverare audeant Doctorem subtilem expressè tenuisse suam ipsorum opinionem, judicent vel Grammatici, quos tantùm advoco, ut sua sinceritate construant verba Doctoris in loco tantùm ab ipsis citato, nempè 4. d. 26. q. Un. §. sed quia: si fortè Doctor de hac re quid certum adstruxerit. Et quidem palmam tenebo, si Doctor ipse incertus ibi manserit, ne ipse injurius noter. Qua enim lege unam opinionem præ altera sustinere astringemur, dum dubius Scotus liberos nos abire sinit, ut unusquisque in suo sensu abundet? Totum itaque paragraphum ad verbum do Grammaticis ipsis discutiendum, ut ex ore infantium perficiatur judicium propter inimicos nostros.

100. Sed quia, inquit Doctor, communiter tenet Ecclesia Sacramentum Matrimonij esse septimum inter Ecclesiastica Sacramenta, et de Sacramentis Ecclesiæ non est aliter sentiendum, quàm sentit Ecclesia Romana, extrà de Hæreticis. Ad abolendam. Ideò dici potest, quòd contractui matrimoniali annexit Deus Sacramentum propriè dictum, saltem pro lege Evangelica, alioquin non esset Sacramentum novæ legis: et tunc oportet dicere, quòd institutum fuit à Christo, sicut universaliter dictum est supra de Sacramentis Ecclesiasticis.

101. Ubi autem non invenitur planius, quàm Matth. 19. et licèt ibi tantùm approbaverit contractum institutum, Genes. 2. et per consequens illud non instituit, instituit tamen Sacramentum. Quod potest accipi ex illo verbo, quod addidit, Quod Deus conjunxit, homo non separet; ut non intelligatur ibi conjunxisse pro instituisse præcissè contractum matrimonij: sed conjunxisse extunc gratiosè per institutionem Sacramenti concomitantis illum contractum conjungentem. Forma autem est aliquod signum sensibile institutum à Deo, ad significandam efficaciter gratiam, tunc collatam.

Sed hic

102. Sed hic est dubium. (Accedit Doctor ad discutiendum quænam sit hujus Sacramenti forma, et quisnam Minister. Nota autem exhinc ejus perpetuam indeliberationem, et indeterminationem, nil enim astruit, aut dicit nisi aut sub disjunctione vel, aut sub conditione Si). Vel enim, prosequitur Scotus, Deus instituit ita indeterminatum signum, ut sit signum efficax gratiæ, sicut indeterminatum signum requisitum ad contractum: vel magis determinavit illud, quod debet esse efficax gratiæ, quàm ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum; et si sic, vel determinavit aliqua verba præcissè, putà, accipio te in meam, vel in meum: vel determinavit indifferenter quæcumque verba exprimentia talem consensum.

103. Et inter ista multum interest, quia si determinavit strictissimè illud, scilicèt quòd forma hujus Sacramenti consistit in verbis præcissis, sequitur quòd multoties est contractus matrimonij sine Sacramento, etiam in lege Evangelica: quia multoties contrahitur per alia verba, quàm per ista. Si etiam determinavit verba, sed indifferenter consensum istum exprimentia, quæcumque sint ista, adhuc tamen, cum contrahatur quandoque inter mutos sine verbis; sequitur quòd alicubi est contractus iste sine Sacramento. Nec istud est absurdum, quia possibile est, quod usque ad legem Evangelicam frequenter contrahebatur, ubi tamen nunquam fuit Sacramentum, ut hic loquimur, scilicet propriè.

104. Si autem non determinavit, quòd sit Sacramentum gratiæ magis, quàm ex impositione humana determinetur signum sufficiens ad contractum, tunc potest dici, quòd in quocumque contractu in lege Evangelica comitatur

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE

tum Sacramentum, quia illud signum, quod requiritur ad contractum, est (si nempe Deus hoc determinavit, seu sub conditione, et suppositione talis determinationis) ex institutione divina Sacramentum.

to5. Ex hoc patet secundum, qualiter sit una forma, quia una unitate integritatis, non unitate indivisibilitatis: verba enim hinc inde expressiva consensus sunt unum signum integrum, et respectu contractus, et respectu gratiæ: nec est inconveniens plures formas particulares esse unius Sacramenti, sicut dictum est supra de Eucharistia de forma super panem, et vinum.

to6. De ministro est aliud dubium, quia neminem ipsimet contrahentes ministrant sibi ipsis hoc Sacramentum, vel mutuo, vel utrique sibi. Sed nec hoc requiritur necessario, si in omni contractu est Sacramentum: quia aliquando patres contrahunt pro filiis, vel filiabus, præsentibus eis, non exprimentibus signa propria: si ergo ibi est Sacramentum, oportet dicere, quod minister hujus Sacramenti potest esse indifferenter quicumque potest esse minister in contractu matrimonii. Sed qualiter unus minister? potest dici sicut ibi de una forma.

to7. Sed quis effectus? Dico quod duæ gratiæ in animabus contrahentium: et hoc nisi sit obex peccati mortalis hinc et inde. Non enim sufficit ad gratiam percipiendam, quod contrahens non sit dignus respectu Sacramenti: sed oportet, quod prius pœniteat, quia ipsum Sacramentum non dat primam gratiam. Secundus effectus est unio animarum contrahentium: sed primus effectus totalis est unus, scilicet gratiosa conjunctio animarum.

Sciendum

to8. Si autem stupendo formam ad certum signum, et ad ministros determinatos, opporteat consequenter dicere, quod non omnes contrahentes in lege ~~Evangelica~~ Christiana recipiunt Sacramentum, potest tamen dici, quod percipiunt gratiam, si alias non sit obex, quia Deus assistit ibi propter difficultatem contractus honesti: non tamen tantam gratiam, quantam recuperent cum Sacramento, maxime si impossibilitas non excusat.

to9. Hucusque Doctor Subtilis, explicans suam mentem, et doctrinam super forma, et ministro hujus Sacramenti. Hæc sunt ejus verba, tot indeterminationibus plena, quot particulanum Vel, et Si repetitionibus utitur. Ubi autem, quæso, ejus doctrinam nobis expresse adversantem hic invenientes? Ubi est definitio sententiæ Cano oppositæ, quam a Doctore expressam hoc loco tradunt Scotistæ citati sup. num 99.? Et certe quis rem, ut ab ipsis statutur, ita esse dubitaverit, dum tales Doctores id affirmare conspexerit? Utut autem ipsi asseveraverint, Doctorem hic esse incertissimum, et absolute indeterminatum non est qui non videat. Judicium ferat quisquis litteras vel mediocriter calluerit.

to10. Consultius ergo Doctorem considerasse nostrum, qui eum dubium affirmant: Notet Antonius Cotonius, tom. 1. Controv. Mor. lib. 5. de Laicis. Controv. 1. de Matrim. Cap. 1. quæst. 2. ubi ad Dubitat. 4. Quis sit Minister hujus Sacramenti? respondet: Non evacuavit Scotus ubi supra, sed reliquit sub judice hanc disputationem. Franciscus Pichon Merinexo De Matrim. disp. 2. Cap. 1. sect. 4. tantum abest, ut Scotum pro contraria sententia afferat, ut post statutam num. 25. ibi. conclusionem nostram oppositam, Scotum

tum contra se objiciat num. 27. dicens: Objicies quartò Scotum in 4. dist. 26. versu, Possunt autem hæc tria. Ubi ait, quòd contrahentes non sunt ministri. Respondeo primò. Quòd Scotus nil de hoc sentit determinatè. Franciscus Ovandus, antiquus Scotista, qui circa Concilium Tridentinum floruit, etiam scribit, et asserit Doctorem citato loco dubium mansisse, ita in 4. dist. 28. Proposit. 2. Ubi nostram defendit sententiam, hoc uno munitus, quod Doctor eum non cogeret ad sequendam determinatam opinionem, quam ipse Doctor indeterminatam reliquit.

111. Et nec defuit Scotista, qui liberum diceret super hac re opinari. Prudentissimus æquè ac Florentissimus Cappuccinorum Doctor Eligius Bassæus in Floribus Theol. Mor. Verbo Matrimonium, licèt sub hoc titulo: Matrimonium V. De Ministro, et solemnitatibus Matrimonij, oppositam tenere videatur, attamen in principio doctrinæ de Matrimonio sub titulo: Matrimonium I. Quid sit Matrimonium, et de ejus essentia, nulli opinioni inclinatur, sed utriusque fundamenta, et Patronos refert, prudentem lectorem monens, ut ipsis lectis, judicet de utriusque probabilitate. ib. num. 8. Si autem Doctor, in quo tantùm juravi, dubius est, cur levitatis nota inurar, quòd hanc opinionem præ altera sustineam? Nonne in Scotistis, non in Scoto juravimus? Si verò cæteris adversa placuit, nos rapit Canus, quem solidissimum Doctorem agnoscimus, et si quando, in hac materia se ipso excelsior levavit se supra se. Præter quam quod Ovandus jam pridem hoc tulit, unde nec novitatis argui debemus. Nec aliud pro nobis offerimus, nisi Doctoris litteram, si ipse dubius est, ergo nos liberi sumus.

Ut

112. Ut autem plenius vel oculis corporis dubietatem Doctoris videas, considera quæ paragrapho sequenti ad relatum scribit ipse Doctor, eo studio, ut ipsum in hac re nihil decrevisse noscamus. Incipit §. De quinta conclusione, in quo sub num. 16. distinguit, et explicat illa tria, nempè Matrimonium, Contractum matrimonij, et Sacramentum matrimonij. Et post explicatam talium naturam, pergit num. 17. ad ea definienda hoc modo: Possunt autem hæc tria sic describi, Matrimonium est vinculum indissolubile inter marem et fœminam, ex mutua translatione potestatis corporum suorum in se invicem facta ad procreandam prolem debitè educandam. Secundum sic, Contractus matrimonij est maris et fœminæ mutua translatio corporum suorum, pro usu perpetuo ad procreandam prolem, debitè educandam. Sacramentum matrimonij est expressio certorum verborum maris et fœminæ, ad se invicem significantium traditionem mutuæ potestatis corporum ad prolem debitè procreandam, ex institutione divina significans gratiam conferendam, mutuò contrahentibus ad conjunctionem mutuam animorum gratiosam.

113. Palmas certè sibi invicem darent adversarij, plaudentes manibus, jubilantes in voce victoriæ, si Doctor subtilis præfatis descriptionibus terminum posuisset explicationi illorum trium, quæ reperiuntur in Matrimonio, maximè propter Sacramenti descriptionem. At prudentior Magister Marianus, ne quid certum hic de sua mente premeremus, qui hucusque adeo dubium introspeximus, prosequitur concludens paragraphum, exprimens quidem suam indecisionem, ac perpetuam in hoc puncto indetermina-

na-

nationem, qualem Sancta Mater Ecclesia, cujus addictissimus Filius semper extitit, perennè habuit. Considera, vel saltim grammaticalitea lege ejus verba, pro quarum explicatione et intelligentia nil ultra ea substituam. Vel si verba certa, infit subtilis, non sint precissè forma hujus Sacramenti, nec etiam Contrahentes sint precissè ministri, ponatur in principio, loco illius expressio certorum verborum, exhibitio certorum signorum maris et feminæ, vel aliquid generalius significans traditionem mutuam potestatis corporum maris, et feminæ ad prolem debitè procreandam. Tale est illud Tridentini supra laudati, Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Itaque, mi Lector, credo, quòd, hijs lectis, exhinc Doctorem dubium jam amplius non negabis, ne ut perpetuus vel in lingua Latina balbutiens, cæcutiensque à Nebrissensi justissimè vapules.

114. Sufficeret nobis pro nostra libertate vindicanda, demonstrasse Doctorem nostrum subtilem nullatenus determinasse hanc quæstionem, sed eam sub judice reliquisse, ut disputationi vacaremus: sed adhuc nobis locus est in stadio, ut omnibus innotescamus, quàmparum curarunt de Doctore præcitatio omnes Scotistæ, qui omnes omnino (uno dempto Ovando, nostræ opinionis fautore) tantùm citant Scotum in 4. Oxoniensi, et nullus eorum nullus eum vidit in Reportatis Parisiensibus. Ex quo claret eos se ad invicem transcripsisse, et dum in primo eorum tantùm invenerunt Doctorem citatum in 4. Oxoniensi, tantùm hunc locum, et non alium mutuarunt. Si enim ipsi per se ipsos Doctorem adijssent, non contenti cum citatione, quam in præcedentibus scriptoribus invenerant, abs dubio adversum nos allegassent duo loca, quæ reperiuntur in 4. Report. distinctionibus 28. et 29. in quibus evidenter (ut apparet) adversatur nostræ opinioni, et si aliquando, tunc expressè definit contrariam. Et certè Franciscus Ovandus citatus, qui solus Doctorem in his locis revisit, planè fatetur, et ingenuè, nostrum Doctorem in Oxoniensibus dubium mansisse, at in Reportatis apertè docet tenuisse contrariam.

115. Hic autem duplici ratione etiam videtur mihi reprehensibilis. Primò, quia agnoscens, et credens Scotum in Reportatis definisse hoc punctum, (ut pote qui juxta ipsum Ovandum ibi abjecit dubietatem adhærens expressis verbis sententiæ oppositæ) tamen nostram defendit sententiam, contra apertam Doctoris mentem, quam ipse fatetur. Secundò, quia levibus oculis Doctorem aspexisse contentus, non diffiteatur concedere Scotum ibi apertè docuisse contrarium. Ipse etenim, ex quo Cani mentem sequi decrevit, optimè poterat solvisse præcitatu Reportatorum loca, ipsa mente, et doctrina, qua Doctor in talibus locis procedit, in quibus, ut infra aperiemus, nullatenus intendit dicere ministros Matrimonij, ut est Sacramentum novæ legis institutum à Christo Domino, in quo sensu hic nos loquimur cum Ecclesia Catholica, esse contrahentes. Hoc pacto utique injurij notam evasisset, nec tunc justè ab omnibus carperetur, quòd mentem Doctoris in Reportatis tantùm quæsivit, et agnovit, ut ipsi manifestè contrariaretur, ab Scotica fide deficiens.

Nos

116. Nos verò, quibus præter divinam Fidem catholicam, et sanctorum PP. nulla alia major est, quàm Scoti, non prius Cani defensionem adsumpsimus, quàm omnia subtilis Doctoris loca hoc punctum concernentia perlustrassemus, favente nobis, aut saltem dubio Doctore, Cano subscripturi, sin minus Scoto semper stantes. Nec imputabile nobis esset Doctorem reticuisse in Reportatis, contrariorum exempla secuti, hoc solo contenti, quòd omnibus ostenderimus locum Doctoris ab adversarijs allegatum esse dubium, nec definire quæstionem, etenim jactas sagittas retundere sat est. Dum autem nobis ea mens semper fuit, ut posteris viam sterneremus, hanc methodum sequendi, et licitè, non aversante Doctore, defendendi opinionem, quæ et generali Sacramentorum Theologiæ magis accommodatur, et ad Lutheranorum momenta explodenda solidior est: post declarata Oxoniensia, ad Parisiensium loca lustranda astringimur, ne tale silentium nobis ignaviæ tribuatur. Si enim Scotistæ hucusque incuriosi fuerunt, nec de reportatis meminerunt, in posterum exurgere poterit aliquis Scotista, qui pro debito Doctorem perquirens in reportatorum loca incidat, quibus sectatores nostros fortassè incautos noviter impetat. Si autem his scutum præstare negligimus, fortè deficient in via, quod nobis valdè inglorium esse quis neget?

117. Adversariorum ergo partes agentes, primò nobis opponimus Doctorem in 4. Report. dist. 29. quæst. Un. §. Quantum ad secundum. ubi sub num. 18. hæc habet: Aliter posset dici secundum prædicta. Dixi enim prius quod ratio libertatis hujus contractus non accipitur ex ratione Sacramenti matrimonij, sed ex ratione contractus talis præcedentis Sacramentum, et ideo posset esse coactio, quoad susceptionem Sacramenti, ut Sacramentum in se, non tamen ut est contractus matrimonialis, et illius conditio est ex institutione legislatoris libertas. et ideo si Sacerdos cogeretur dare Sacramentum matrimonij, si ipsum posset dare, quod verè non potest; (quia conjuges sibi ipsis dant Sacramentum istud, sicut et ipsum recipiunt) illud tunc non daret, &c. ergo ex Doctore in litera aperte nuntiantur contrahentes esse ministri hujus Sacramenti. Respondeo distinguendo consequens: in litera apertè nuntiantur &c ex mente propria Doctoris, nego: respondens ad argumenta Gotfredi ex hujus doctrina, concedo.

118. Doctor subtilis citata quæst. Un. dist. 29. statuit consensum coactum non sufficere ad Matrimonium, adversus Gotfredum quodl. 13. q. 15. qui docens ministros hujus Sacramenti esse contrahentes, hic tenebat eorum consensum coactum sufficere. Hoc probat primò Gotfredus à paritate Baptismi, quem qui recipit etiam coactè, potest obligari ad servandam fidem. Cui argumento obviam it Doctor ibi sub num. 18. versu. Ad primum argumentum. et postquam assignavit genuinam solutionem ex propria mente, nempè in Baptismo meliorari conditionem suscipientis, non autem sic in Matrimonio: pergit postea citato §. Aliter posset dici, ad assignandam aliam solutionem ex ipsa doctrina Gotfredi, nempè esse incomponibile, contrahentes esse ministros (ut Gotfredus asserebat), quorum libertas est essentialis contractui præcedenti necessariò Sacramentum ex institutione legislatoris, et aliunde eos coactos conficere Sacramentum, et ideo ait Doctor, quòd si Sacerdos cogeretur dare Sacramentum matrimonij, si ipsum posset dare, quod non

non potest ex Gotfredi doctrina, tunc non daret propter hoc quod est contractus liberalis. Hoc dicit Doctor ex Gotfredi doctrina, ideo verba illa, quia conjuges sibi ipsis dant Sacramentum istud, sicut et ipsum recipiunt, sunt parentesi intercepta, ut notaret non esse sua, sed illius cui respondebat.

119. Secundò nobis objicimus alterum locum Report. d. 28. q. Un. §. Nona Conclusio. num. 24. ℣. ex his patet. quem precedenti post posuimus, quia ei inest major difficultas, et est immediata replica solutionis assignatæ num. precedenti 118. Dicit itaque Doctor, non respondens alicui objectioni, sed ex proprio marte explicans doctrinam hujus Sacramenti: Ex his patet, quæ est forma hujus Sacramenti, quia determinata verba maris ad Feminam, Ut, ego te accipio in meam, et ego te in meum: Ministri autem hujus Sacramenti sunt ipsimet Conjuges contrahentes, quia ipsi sibimet ministrant hic per verba illa mutuò sibi dicta:: unde et ab eisdem suscipitur, et ministratur, licet quantùm ad solemnitatem hujus Sacramenti coram ecclesia congruat Sacerdotem ipsum ministrare: hoc tamen non est ex necessitate Sacramenti, quia illi ijdem, qui faciunt actus Sacramentales, ministrant Sacramentum; conjuges matrimonialiter conjuncti hoc faciunt: ergo. Hucusque Doctor. Quid autem clarius pro Mastrio, Hiquæo, et reliquis? ergo et contrahentes sunt tantùm veri ministri hujus Sacramenti, quà Sacramentum est: et Doctor subtilis hoc profert, sicut et quæ reponit Gotfredo, non ex Gotfredi mente, sed ex Doctrina propria.

120. Respondeo explicando Doctorem, ipsimet contrahentes sunt ministri hujus Sacramenti Matrimonij, quod supponitur institutum in mundi principio, transeat: quod tantùm supponitur institutum à Christo Domino Matth. 19. nego. Item ex-

explico verba sequentia: licet coram ecclesia congruat Sacerdotem ipsum ministrare: hoc tamen non est ex necessitate Sacramenti, quod Deus instituit in mundi primordijs, concedo: non est ex necessitate Sacramenti, quod Christus instituit Matth. 19. nego. Eodem planè sensu distinguo primum argumenti consequens, et apertè nego secundam ejus consequentiam. Doctor subtilis ibi loquitur de Sacramento Matrimonij, prout in prima ejus institutione, in qua etiam à Doctore vocatur Sacramentum, quatenus institutum à Deo Genes. 2. ut patet ex immediatè sequenti num. 25. ℣. ex his patet solutio. Et seqq. ubi ait: Patet etiam conclusio ex Scriptura Genes. 2. cum dixit, non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi; ubi hoc primò Deus instituit. Deinde huic Sacramento benedixit, cum mulierem, quàm fecerat de costa Adam duxit ad eum, ut videret quid vocaret eam, dicens, Crescite &c.

121. Et postquam immediatè enumerat tria matrimonij bona, Sacramenti scilicet, Fidei, et Prolis: ℣. sequenti. Per hoc, hæc scribit: dico, quòd hoc Sacramentum fuit immediatè à Deo institutum, et non ab Adam, quia Adam tantùm fuit præco, et minister Dei, matrimonium jam institutum explicans, et denuntians. Scotus ergo loquitur de Matrimonij Sacramento, non precisè contracto ad legem gratiæ per novam institutionem Sacramenti propriè dicti, quod tantùm est novæ legis. Sacramentum Matrimonij institutum à Deo Genes. 2. ministratur à contrahentibus, nec requirit Sacerdotem ex necessitate Sacramenti, quia non est Sacramentum propriè dictum, sed vocatur Sacramentum impropriè, seu quantùm dicit unum bonum quod vocatur Sacramentum, et totus ille contractus in lege evan-

Evangelica induit proprij Sacramenti naturam, si tamen accedant quæ deficiunt ei, et necessariò concurrere debent ad collationem Sacramentorum Ecclesiæ. De Sacramento itaque latissima quadam appellatione sic dicto, ait Doctor, quòd ejus ministri sunt ipsimet contrahentes: vocat autem matrimonium Sacramentum æquivocè, unde Ejus Annotator marginalis ad illa verba Doctoris, deinde huic Sacramento benedixit, cum mulierem &c. supra relata, hanc notam in margine adjungit: contractus matrimonij (quod in littera exprimitur voce Sacramento) ante lapsum fuit immediatè à Deo institutus.

122. Nec dicas Doctorem optimè distinguere ibi de matrimonio, ut contractu, et ut Sacramento; jam enim distinxi de Sacramento propriè, vel impropriè dicto. Si adhuc instes loqui de eo, ut Sacramento novæ legis, et ideo specificè opposuit, quòd licèt quantum ad solemnitatem hujus Sacramenti coram ecclesia congruat Sacerdotem ipsum ministrare: hoc tamen non est ex necessitate Sacramenti: dico, quòd idem intelligo per hoc quod est solemnitas Sacramenti coram ecclesia, scilicet conferri à Sacerdote in facie Ecclesiæ, ac intelligo, per hoc quod est essentia Sacramenti novæ legis, hæc est enim Sacramentorum novæ legis essentia, ut essentialiter exquirant hanc solemnitatem, nempè ministrari à Sacerdote in facie ecclesiæ, sine qua solemnitate, aut ministerio solemni, nempè in facie ecclesiæ, nullum agnosco Sacramentum novæ legis. Licèt enim Baptismus possit conferri absque altiori solemnitate, non tamen absque omnimoda, quæ consistit in prolatione formæ Sacræ Ego te baptizo, et in ministerio Sacerdotis; si autem aliquando deficiat Sacerdotale ministerium, hoc est, propter divinam dispensationem, quæ voluit sic Deus consulere æternæ baptizatorum saluti, quæ ratio non militat in reliquis Sacramentis.

123. Ideo distinxi, et explicui Scotum debere intelligi, quasi diceret illud Sacerdotis congruens ministerium non esse de essentia matrimonij, quatenus est Sacramentum conveniens, et se extendens ad omnes leges, naturalem, scriptam, et novam, non verò quatenus est Sacramentum proprium legis Evangelicæ, et septimum ex ijs, quæ Christus Dominus instituit tantùm pro nova lege: quia in hoc sensu ad omnia, quæ à prima sui institutione Genes. 2. habebat, superexposcit Sacerdotis ministerium, et formam Sacram. Ideo taliter ratiocinatur Scotus in hoc Reportatorum loco: at verò in 4. Oxon. d. 26. q. Un. §. sed quia. dubius ostenditur, nil que determinare audet de Sacramento, de quo, teste SSmo Domino nostro Benedicto XIV. Ecclesia nihil hactenus pronuntiavit, sed theologorum disputationi reliquit. Quia in Oxoniensi tractat de Matrimonio, non ut est Sacramentum initio mundi institutum pro omnibus legibus, sed prout est verum Sacramentum proprium novæ legis, à Christo que institutum. Verba ejus dedimus sup. num. 100. et 101. quibus introgreditur supponens loqui de institutione Matrimonij pro nova lege tantùm: in reportatis autem loquitur de matrimonio Sacramento ex institutione generali Genesis 2. ex ejus verbis datis sup. num. 120. et 121.

124. Hanc insuper solutionem esse genuinam mentem Doctoris subtilis manifestè demonstrat collatio doctrinæ hujus litteræ cum doctrina alterius litteræ ejusdem 4. d. 6. q. 4. Docet Doctor subtilis in citatis loc. Report. quòd in hoc Sacramento, de quo ibi loquitur, idem est suscipiens, ac

Mi-

Minister. In d. 29. q. Un. sup. cit. num. 117. ait: Conjuges sibi ipsis dant Sacramentum istud, sicut et ipsum recipiunt. Et in d. 28. citata etiam sup. num. 119. inquit: Ministri autem hujus Sacramenti sunt ipsimet conjuges contrahentes, quia ipsi sibimet ministrant hic. Et etiam in eadem d. 28. n. 23. ℣. Ad Sacramentum autem, hæc scribit: Istud autem signum audibile, quod est necessarium ad matrimonium Sacramentum, vel ipsa certa verba, sunt forma ipsius Sacramenti, et non habet materiam, quia personæ suscipientes hoc Sacramentum, de quibus maximè videtur, non sunt materia hujus, nisi indistinctè accipiatur materia, pro ministro, et suscipiente: sed ministri sunt dispensantes sibi hoc Sacramentum. Hæc repetit alibi sæpè earundem distinctionum: ergo ex Doctore subtili in præfatis locis Reportatorum non distinguitur Minister et Recipiente hoc Sacramentum, seu ab eodem, à quo ministratur, ab eodem et recipitur matrimonij Sacramentum: atqui vel Doctor sibi ipsi contradicit, vel nequit intelligi hoc dicere nisi de Sacramento latè sumpto in prima matrimonij institutione Genes. 2. non autem de eo, ut est propriè Sacramentum novæ legis: stare ergo debemus solutioni à nobis supra exhibitæ.

125. Nulla, volo, ut sit mihi fides, nisi subsumptam monstravero evidenter. Et certè Doctorem sibi contradicere nulli vel cogitare fas est: quo pacto conferamus ejus litteras. In eodem 4. dist. 6. q. 4. Oxoniensium inquirit Scotus, utrum opporteat baptizantem esse personaliter distinctum à baptizato? et resolvit affirmativè cum universali DD. Alensis, Richardi, D. Thomæ, D. Bonaventuræ, Rubionis, Bassolij, et aliorum. Ut autem firmet suam conclusionem, et se expediat

diat ab illa certè ingentis roboris paritate, quæ ad oppositum fit in Eucharistia, cujus idem est conficiens Sacerdos, ministrans sibi illam, et recipiens, hanc valdè nobis arridentem doctrinam statuit: ratio diversitatis est, sunt ejus verba, quia Sacramentum Baptismi consistit in usu essentialiter, et non in aqua, ut dictum est in quæstione præcedenti: Eucharistia autem est quoddam permanens distinctum ab usu Sacramenti: quamvis ergo aliquis posset esse in usu Sacramenti permanentis, minister, et suscipiens illum usum: non tamen potest hoc in Sacramento, quod essentialiter consistit in usu. Hucusque Doctor finiens his verbis quæstionem 4. citatam. Subsumo ego: atqui Matrimonium Sacramentum novæ legis essentialiter consistit in usu, actione, seu in fieri, non autem in re aliqua permanenti, ex ipso Doctore in 4. d. 31. q. Un. §. Ad quæstionem ergo. ℣. Respondeo. sub. n. 5. ubi ait: respondeo, Sacramentum, ut est bonum Matrimonij (sicut dictum est) non accipitur pro Sacramento novæ legis, quia illud est sensibile: ista autem indissolubilitas est quid spirituale in mentibus contrahentium. Sacramentum etiam matrimonij statim transit, quia consistit in fieri: ista autem indissolubilitas &c. quem sequuntur Scotistæ omnes jª Ecclesiæ Catholicæ doctrinam: ergo in Matrimonio ut est Sacramentum novæ legis non potest esse hoc, nempè, quod ejus idem sit Minister, et recipiens.

126. Hanc consequentiam esse legitimam et ex verbis formalissimis Doctoris subtilis compactam nemo non videt. Et quidem esse verissimam in comperto est, si est vera, et legitima illa disparitas Doctoris, qua solvit argumentum factum in Eucharistia, et qua statuit, et concludit quod licet Eucharistiam possit idem ministrare, et suscipere, non

non sic autem Baptismum, quia licet id possit esse in usu Sacramenti permanentis: non tamen potest hoc in Sacramento, quod essentialiter consistit in usu, actione, in fieri, seu in actu transeunte, qualia sunt omnia novæ legis præter Eucharistiam, ob rationem quam infra tangemus cum Ecclesia Catholica num. 130. Cum hac autem doctrina solidissima Doctoris subtilis, quomodo componitur quod postea dicit in locis Reportatorum citatis sup. num 124. nempe in Matrimonij Sacramento eundem esse ministrum, et suscipientem, nisi indistincte accipiatur materia pro ministro, et suscipiente?

127. Nonne recte invalidari poterit doctrina Doctoris in quæst. 4. dist. 6. opponendo illi suam doctrinam de matrimonij Sacramento, quod licet juxta ipsum consistat in usu, seu fieri, tamen juxta ipsum eundem habet ministrum, et suscipientem? ergo a simili poterit esse in baptismo, et ruet tota ratio, et mens Doctoris in illa quæst. Vel dicendus est sibi ipsi contradicere, dum doctrina de Baptismo ab ipso data q. 6. d. 26. invalidatur ab ipso cum doctrina de Matrimonio ab ipso data in Reportat. q. Un. ~~dd~~ dd. 28. et 29. et e contra, hæc invalidatur ab illa. Quid autem faciendum nobis restat, ut rectam litterarum concordiam invenianus, et omnem contradictionem a ~~Doctore~~ consequentissimo Doctore pro merito relegemus? Nil aptius apparet, nil consequentius excogitari potest, quam dicere, quod doctrina data ab Scoto in q. 4. d. 6. de Baptismo, debet intelligi de Sacramentis novæ legis tantum, quæ vere et proprie sunt Sacramenta: quæ vero in dd. 28. et 29. Report. afferuntur de Matrimonio, intelliguntur non de

de eo, ut est novæ legis Sacramentum, tunc tantum vere, et proprie Sacramentum, sed de eo, ut commune legi naturæ, et scriptæ, quo sensu etiam vocatur Sacramentum, licet vage, seu large, extendendo nomen Sacramenti ad omne quod est mysterium, quo pacto usurpatur in Sacra Scriptura Tob. 12. 7. Etenim Sacramentum regis abscondere bonum est, quasi diceret mysterium.

128. Et certe Matrimonium a prima sui institutione mysterium dicebat unitatis fidelium, sive unius Fidei in lege naturæ, sive unius legis in Synagogis, sive unius Ecclesiæ in Evangelio; sicut enim per matrimonium fiunt duo in Carne una, ita per fidem in quacumque vera lege in unum conveniunt fideles, nam ut ait Paulus Hebr. 11. pero tot. Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei: ut eo invisibilibus visibilia fierent. Fide plurimam hostiam Abel obtulit Deo. Fide Henoch translatus est. Fide Noe aptavit arcam. Fide Abraham obedivit &c.: etenim ut ipse Apostolus optime reflectit ibi ℣. 6.: impossibile est sine Fide placere Deo, et hoc in quacumque lege, unitate enim Fidei tantum, et non divisione Deus colitur, qui semper et pro semper est unus. Hujus itaque unitatis mysterium Fidei, per quam stat unitas fidelium, a mundi primordijs signatur per matrimonium, per quod stant duo in carne una. Non ergo mirum, ut semper vocetur Sacramentum, sed large, et hac ratione habere potest eundem ministrum, et suscipientem: postquam autem a Christo Domino, novæ legis Sacramentorum vero institutore, elevatum fuit ad veritatem propriam Sacramenti evangelici, totum id quod in matrimonio præcedebat ab initio

dio mundi, remanserit ad materiam, ad quam, ut ad elementum, accedens sacerdos (non consecratam) proferens formam sacram, ego vos in matrimonium conjungo &c. vel aliam juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum, conficiat proprium Sacramentum Evangelicæ Legis. Hoc autem novæ Legis Sacramentum nullatenus admittere potest ex Doctore subtili eundem pro ministro et suscipiente, nam ex ipso in 4. cit. d. 6. q. 4. Quamvis aliquis possit esse in usu Sacramenti permanenti (Eucharistiæ), minister, et suscipiens illum usum: non tamen potest hoc in Sacramento, quod essentialiter consistat in re: quale est matrimonium, ut ex ipso dictum est sup. n. 125.

129. Nec in præfatæ litteræ Doctoris reflexione indigna est, quod velint nostri, Doctorem concessisse in dd. 28. et 29. Report. matrimonij Sacramentum, ut eundem haberet ministrum et suscipientem, ut ex ejus littera adducta patet: si ipsi intelligant Doctorem ibi loqui de matrimonio, potest novæ Legis Sacramento. Reflexione quidem dignissimum est, cum antea id negasset de Baptismo. Atvero major, aut potior ratio constaret matrimonium, quam Baptismum? Verumquam potest subsinari, nec vlla aliqua ratione defendi, quod Baptismus nequeat eundem habere ministrum, et suscipientem, bene autem Matrimonium in ratione Sacramenti novæ Legis, quæ utrumque ejusmodi constaret. Imo constaret posset aptius subsinari. Licet enim: Baptismus hæc haberet, non inde recte inferretur eam Matrimonium id habere posse; ille enim est medium necessarium ad salutem, quam sibi ipsi tribuere posset seipsum baptizans quisque, vel in casu necessitatis: hoc autem

hac

hac medij dignitate caret, nullamque necessitate absoluta dignificatur. Et tamen Doctor subtilis baptismo denegat eundem ministrum, et suscipientem. Numquid mihi persuaderi potest, matrimonio ipsum concedere, quod ablegat a Baptismo? Si ergo matrimonij Sacramento in præfata Distinct. Report. eundem assent ministrum, et recipientem, claret inde non loqui ibi de matrimonij Sacramento, proprie sic dicto, seu ut est novæ Legis, sed tantum de matrimonij Sacramento, largo, ac æquivocè sic dicto: et cum de eo in hac acceptione dicat ministros habere ipso contrahentes, non autem de eo in prima acceptione, nil sequitur contra nos ex ejus littera.

130. Ratio autem cur sola Eucharistia, non autem quodlibet ex sex reliquis Sacramentis novæ Legis, consistat in re aliqua permanente, et non in actione, aut usu, seu fieri, adducitur à Sancto, ac Ven. Cardinali Roberto Bellarmino tom. 2. Op. edit. Lugdun. 1589. Concion. 3. Genes. Lib. 5. de Euch. qui est 1. de Missa. Cap. 22. hij verbis: Sacramenta omnia in actione consistunt, non in re aliqua permanente, ut patet de Baptismo, et cæteris Sacramentis; non enim aqua consecrata, sed ablutio est Sacramentum Baptismi. Sola Eucharistia non in actione, sed in re permanente consistit, ut supra probatum est, cujus differentiæ vix alia ratio reddi potest, nisi quia Eucharistia non solum Sacramentum, sed etiam Sacrificium esse debuit. Ex hoc autem, quod Eucharistia sit simul Sacrificium, et Sacramentum, non parum adjutorij conferetur nobis, ut hucusque dicta optimam validitatem accipiant, et evidenter Doctorem in d. 28. Reporte. cit. loc. locutum fuisse de Matrimonij Sacramento,

Lar-

lagè sic appellato, et non de eo ut est proprium novæ Legis.

131. Sancta mater Ecclesia volens, adversus Hæreticos Lutherum, Calvinum, Kemnitium, et eorum Sectatores, ostendere Eucharistiam non tantummodò esse Sacramentum, sed simul esse Sacrificium, utitur validissimo argumento, quod certè facilè evaderent Novatores præfata doctrina Doctoris subtilis in d. 28. Report. si ibi loqueretur de matrimonij Sacramento propriè tali, et ut est novæ legis. Tale Catholicæ Ecclesiæ argumentum sic efformatur ab Em. ac Ven. Card. Bellarmino loc. cit. "Tertia ratio ex differentia, quæ est inter
„ Sacramentum, et Sacrificium sumi potest. Nam commune est
„ omnibus Sacramentis, ut ab alio dentur, ab alio accipian-
„ tur: neque ullus sibi ipse Sacramentum administret. Ita
„ videmus in Baptismo, alijsque Sacramentis accidere; nemo
„ enim se ipse baptizare finitur, etiamsi extrema adsit necessi-
„ tas. Pari ratione nemo se ipse confirmat, nemo se absolvit, nemo
„ se sacris ordinibus initiat, nemo se inungit. Eodem igi-
„ tur modo si Eucharistia solummodò Sacramentum esset,
„ nemo sibi eam ministrare posset; cujus tamen contrarium
„ semper fuit in usu, quod attinet ad eos, qui Eucharistiam con-
„ secrant. Sic se habet Ecclesiæ argumentum, quod planè validum, ac fortissimum est.

132. Totum autem robur hujus rationis parvo officio solveretur ab Hæterodoxis, si Doctor subtilis loqueretur in citata d. 28. Report. de matrimonio, ut est novæ legis Sacramentum, et propriè dictum. Negarent quidem justissimè consequentiam, dicentes non rectè inferri Eucharistiam præter esse Sacramenti includere etiam rationem Sacrificij, ex eo quod eundem admittat ministrum, et suscipientem ad contradistinctionem

tionem cæterorum: etenim Doctor ex primoribus Catholicorum, Joannes Duns Scotus, cui et non parum fidit Ecclesia Romana, in cit. loco idem asserit de Matrimonio quin ex hoc debeat inferri esse Sacramentum, simul et Sacrificium. Et quis hoc neget? Quis autem sanæ mentis talia dici concedat juxta Marianum Catholicissimum Præceptorem? Unde necessariò dicendus est Doctor subtilis (ne ab invidis in hac parte carpatur) ibi in loc. cit. Report. non loqui de Matrimonio, ut est novæ Legis Sacramentum, et ideo propriè sic dictum: Quamvis autem ~~ibi ide~~ vocet Sacramenti vocabulo, hoc interpretandum est largè, improprie, et æquivocè. Cum igitur sub eodem ipsissimo systemate ipsi ministros tribuat contrahentes, nil arguit adversum nos, qui Sacramentorum communem Theologiam Matrimonio adaptare portendimus, quatenus est propriè Sacramentum, et septimum inter Ecclesiastica, non verò in alia qualibet appellatione.

133. Emunximus lumina adversariorum, què admodum lippis oculis Doctorem subtilem aspicientes, nos carpebant, quòd Cani Opinionem præ omnibus Scotistis amplexati fuerimus. Festucam ex oculis nostris ejicere judicabant, non videntes trabem, quam in eorum oculis jam monstramus. Et quidem nos magnum Scotum ubique dubium in nostra Opinione portendimus, in Reportatis autem nullatenus de novæ legis Sacramento disseruisse jam vidimus: quo festucam, quam nobis appingebant, exclusimus. Quì autem fiet, ut suam trabem evadant? Siquidem, qui Scotum ubique et in Oxoniensibus, et in Reportatis adversum nos esse contendunt, ipsi verò in hoc Sacramento doctrinam facto produnt, quæ expressis terminis contradicit doctrinæ

ex-

expressę Doctoris subtilis. Scotistę igitur adeò sunt addicti contrarię opinioni, adeoque contendunt Matrimonij Sacramentum esse tantùm essentialiter contractum, cui nihil superaddisse ad internecionem usque tam sustinent, ut ab omnibus et singulis, qui contractum conficere possunt, ~~[illegible]~~ Sacramentum confici posse confligant.

134. Sufficiat audire clarissimum Bartholomęum Mastrium in sua Theol. Mor. disp. 20. q. 1. art. 2. qui in hoc puncto penè idem substantialiter dicit ac Joannes Poncius, in suo Cursu Theol. quos gregatim sequuntur Scotistę omnes ipsis Recentiores. Itaque Mastrius num. 11. scribit: Alia Sacramenta in elementis fundantur, vel alijs rebus, at matrimonium consistit in contractu ejusdem omnino rationis cum eo, qui inter homines fieri solet, neque Christus Dominus illum ullo modo immutavit, vel ejus naturam alteravit, sed solùm ad statum Sacramenti evexit, unde cum etiam per nutus fieri soleat, et alia signa à verbis diversa, sic etiam remansit. Neque Eugenius in eo decreto absolutè dixit matrimonium per verba de presenti perfici; sed addidit particulam regulariter, per quam indicari voluit hoc Sacramentum etiam nutibus vel per epistolam perfici posse absolutè loquendo, atque adeò verba precissè non esse de ratione, vel constitutione formę hujus Sacramenti, nec aliter dici potest; quia surdis et mutis permittitur contrahere, et frequenter in hoc contractu matrimoniali contrahentes à Parocho interrogantur, an consentiant, quibus sufficit innuere, quod sic.

135. Deinde num. 14. ait: Quintò dicendum est validè celebrari matrimonium inter absentes per Procuratorem, epis-

epistolam, vel nuntium, et in ratione contractus, et in ratione Sacramenti. Ita statuimus cum communi et vera sententia q. 2. cit. art. 3. et est de mente Doctoris 4. d. 26. lit. M. ubi docet Matrimonium posse celebrari per alium nomine contrahentium, et loquitur de matrimonio tam sub ratione contractus, quàm Sacramenti. Deficit hic Mastrius asserens esse hoc de mente Doctoris, verè diceret non esse contra mentem, quia Scotus perpetuò dubius ibi nil quicquam certum habet erga materiam, formam, et Ministrum hujus Sacramenti. Hoc patebit cuicumque impartialiter consideraverit ejus litteram allatam sup. à num. 100. et seqq.

136. Denique, infit num. 15. quòd Matrimonium inter absentes predicto modo contractum sit etiam validum in ratione Sacramenti propriè dicti probatur, quia in Matrimonio sic celebrato concurrunt omnia ad substantiam Sacramenti servandam necessaria, scilicet, materia, forma, et intentio contrahentium &c. Confirmatur: nam quotiescumque in matrimonio salvatur ratio veri et legitimi contractus, salvatur etiam ratio Sacramenti, quia ut sępe dictum est, Christus in nullo prorsus naturam Matrimonij immutavit, sed illam ad rationem Sacramenti evexit.... illa verba ego te accipio in conjugem, non sunt determinatè requisita, quia per quęcumque verba, vel etiam signa consensum traditionis dominij corporum exprimentia potest matrimonium perfici. Hucusque Mastrius, ex cujus verbis habemus, quòd Matrimonij Sacramentum propriè dictum potest confici, ac perfici tam à mutis, quàm per nutus, Procuratores, epistolam, vel nuntium.

Nunc

137. Nunc auscultes quæso, si fortè his conveniant, quæ Doctor astruit in 4. Report. d. 28. q. Un. §. Nona conclusio. ℣. ex quibus sequitur quoddam corollarium, sub num. 22. et alio: Ad sacramentum autem: sub num. 23. ubi concludit hæc Mastrio immediatè adversantia: De natura autem contractus talis est, quòd requirat aliqua signa sensibilia exteriora mutuum consensum voluntatum conjugum exprimentia; non quòd necessariò fiat cum certis verbis, quia aliqui muti et ignorantes illa verba, possunt verè contrahere. Extra de sponsalibus: Tuæ fraternitati; et absentes, qui nunquam se viderunt possunt contrahere per Procuratores, et litteras, dummodò fama et auditu se noverint. 30. q. 5. Nec id. in gloss. et 32. q. 12. Non omnes. Patet in Saracenis, qui contrahunt per litteras sigillatas, vel per aliqua signa sensibilia. Attendite nunc veri Scotistæ, attendite.

138. Ad sacramentum autem matrimonij requiruntur signum sensibile determinatum, ut audibile, et certa verba, quia sine certis verbis non est sacramentum matrimonij, licet possit esse contractus ad matrimonium sine certis verbis. Patet in mutis, qui verè contrahunt, et verè sunt conjuges sine certis verbis, per aliqua signa, exprimentia consensum mutuum voluntatum eorum. Unde licèt eis detur gratia ad conservandum illum contractum difficilem ex multis, ut supra dictum est, non tamen confertur eis ex vi sacramenti, sed per modum meriti, et contritionis præcedentis. et interpositis verbis, quæ ex ipso retulimus sup. num. 124. ita prosequitur: Nisi enim hoc sacramentum haberet pro forma totali signum sensibile determinatum, ut certa verba, non esset unum sacramentum fortè, et proinde si non habet verba certa, et sensibile signum determinatum, ut audibile, muti, et non potentes loqui, verè possent contrahere, et recipere sacramentum matrimonij; et tunc forma ipsius sacramenti esset latissima, quia quæcumque signa sensibilia essent forma, quod non tenet Ecclesia, sed quòd tantùm fiat determinatè per verba de præsenti. Ex his patet, quæ est forma hujus sacramenti, quia determinata verba maris ad fœminam, Ut, Ego te accipio in meam, et ego te in meum.

139. Et infra §. et ℣. Ad secundam quæst. idem repetit dicens: Ad secundam quæstionem, cum quæritur: utrum præcissa causa matrimonij sit consensus mutuus expressus per verba? Apparet solutio ex prædictis in septima conclusione, et ultimo corollario (hoc corollarium sunt verba immediatè à nobis transcripta) præcedente, quòd sic. Addo tamen, quòd loquendo de matrimonio, ut est contractus quidam, sicut potest fieri cum consensu mutuo, expresso per quæcumque signa certa: et non solùm signa audibilia, ut certis verbis, quia aliter muti, vel quicumque alij ignorantes certam formam verborum, non possent verè contrahere, quod est falsum. Loquendo de matrimonio sacramento, sic est consensus mutuus conjugum expressus per signum sensibile determinatum, ut certa verba, vel alia signa certa: et quòd illa signa sive certa verba, sint de præsenti, scilicet, accipio te in meam, et ego te in meum, tunc consensus per illa verba verè dicitur matrimonij sacramentum. Si verò sint alia signa, quàm verba, ut fuit in Abraham, et antiquis Patribus veteris Testamenti, tunc in illis fit contractus verè ad matrimonium, sed non matrimonij sacramentum, quia id tantùm exprimitur per verba de præsenti. Hucusque Doctor.

140. Conferamus nunc Scotum cum Mastrio. Doctor in

in prædictis verbis clamat: adeò distingui in Matrimonio rationem contractus à ratione Sacramenti, ut licèt à mutis, et per nutus, et per Procuratores, vel per literas possit fieri verus contractus, tamen nec muti, nec Procuratores, nec tacentes possunt conficere Sacramentum, nisi certa verba ponant. Hæc Doctor, ut ex littera desumitur. Mastrius autem reponit, et cum eo Scotistæ: adeo confundi in Matrimonio rationem contractus cum ratione Sacramenti, ut sicut muti, et Procuratores, et tacentes, et per litteras possunt concludere contractum, ita et eodem modo ab ipsis confertur, conficitur, et accipitur verum matrimonij novæ legis Sacramentum. Hæc Mastrius, ut ex ejus littera transcripsimus. Hic autem, quàm inter consentiant Scotus, et Mastrius, viderit quicumque. An non melius esset, ut Scotistæ, qui in hoc puncto in unum coeunt, hanc trabem ex proprijs oculis ejicerent, nos autem relinquerent, ut nostro lumine Sacramenti hujus Ministrum videremus? Maximè, cum non ut adversarios rejiciamus, sed ut veritatem pro debito investigemus, præsentem controversiam adsumpsimus.

141. In hic aliud judex Scotus aperte nuntiat, aliud autem præcones ipsi Scotistæ aperte clamant, et ora clauduntur: quia verò nos dubietate Doctoris acti, Magno Melchiori Cano adhæsimus, impunè carpimur, et levitatis ac novitatis, et etiam audaciæ notis inurimur: et tacebimus? Facit itidem ad rem plurimum, quòd Scotistis hic opitulari non valet illa distinctio à nobis prælata sup. num. 123. nempè, intelligi de matrimonio, ut est Sacramentum latè sumptum, et commune omnibus legibus, scilicet, naturæ, veteri, et novæ; non autem de eo, ut est proprium novæ legis Sacramentum. Si enim de Matrimonio in prima sui institutione, ut Sacramentum commune omnibus legibus Genes. 2. asserit Doctor non posse confici à mutis &c. immò potiùs, et potiori titulo id statuet de eo, ut est particulare septimum novæ legis Sacramenti, nam potior Sacramenti ratio adest in Matrimonio novæ legis, quàm in alijs.

142. Præterquam quod, ne Scotistæ excusationem habeant à peccato suo, ipse Doctor subtilis hanc ipsissimam doctrinam applicat Matrimonio, ut expresso vocabulo inscribitur novæ legis Sacramentum. Ita in Repor. 4. d. 42. q. Un. §. Ad quæst. illam dist. 39. ℣. Contrà, sicut dixi sup. sub. num. 24. ad rem hæc statuit: Non quæcumque signa certa alia, quàm verba, per quæ contrahitur matrimonium inter mutos, faciunt matrimonium Sacramentum novæ legis, in quo confertur gratia, inter quos tamen est verum matrimonium, vel verus contractus matrimonialis; quia ad hujusmodi contractum sufficit quodcumque signum certum à contrahentibus institutum ad mutuam donationem corporum illorum designandam. Patet, quia diversis temporibus usi sunt antiqui Patres diversis signis, et non tantùm verbis determinatis, quibus nos utimur in nova lege. Ad hoc tamen quòd contrahatur matrimonium Sacramentum, certa verba expressa à contrahentibus, tanquam signum determinatum ad repræsentandum mutuum consensum eorum interiorem, et gratiam, quæ sibi confertur, requiruntur; igitur inter mutos verè potest contrahi matrimonium, licèt non Sacramentum.

143. Nescio ego, quo negotio ab hac Doctoris solidissima ratione se expedient Scotistæ, qui omnes asserunt à mutis confici, conferri, et recipi matrimonium novæ legis Sa-

Sacramentum. Eadem confirmat Doctor ibidem immediatè ad relata, sic dicens num. 25: Item istud patet de parentibus, qui contrahunt pro filijs verum matrimonium, aliàs filij ex eis postea procreati essent illegitimi, et tamen non est matrimonium Sacramentum, quia parentes non conferunt eis gratiam, quando invicem inter se consentiunt, pronuntiantes illa verba, et tunc contrahunt primò matrimonium, ut est Sacramentum. Ergo absolutè absque verbis de præsenti prolatis ab ipsis contrahentibus non potest confici hoc Sacramentum juxta Doctorem Subtilem. Quidquid autem ad hæc responderint Scotistæ, eis ipsa nos retribuimus ad ea, quæ ex Doctore Subtili nobis objiciant.

144. Nunc: etiamsi concederemus absolutè Doctorem Subtilem in Reportatis Cano adversari, statuendo Contrahentes esse Ministros Matrimonij, ut novæ legis Sacramentum est; adhuc nobis licèt Canum sequi, ex eo quòd Scotus in Oxoniensibus est ubique dubius, ut supra ostendimus ex ejus littera adducta à num. 100. Principes autem, et Doctores universi Scholæ Scoticæ, ipsi nos docuerunt legem hanc procedendi in via Doctoris Subtilis. Hic Marianus Præceptor expressè docet in Reportatis mutos non posse conficere Sacramentum Matrimonij ex ejus verbis traditis sup. à num. 137. et tamen Scotici Magistri sustinent mutos posse Sacramentum Matrimonij conflare; quin eis suffragare videatur, nisi quòd in Oxoniensibus mansit Doctor dubius erga hoc punctum, sicut erga omnia quæ formam, materiam, et Ministrum hujus Sacramenti respiciunt, ut claret ex ejus doctrina verbaliter data sup. à num. 100. sed specialiter videtur aperto sole ejus indeterminatio est à num. 102. erga mutos. ~~[illegible]~~

Unde

145. Unde si in Schola Subtili hoc planè sanctum est, quòd nempe, si Doctor est dubius in Oxoniensibus, sit ejus sectatoribus liberum opinari in tali dubietatis materia, licèt contrarium expressè doceat in Reportatis: qualiter fecisse videmus Mastrium, Poncium, Krisper, Panger, Reiffenstuel, Sporer cum suo continuatore Kazemberger, Frassen, Dupasquier, Durand, Henno, Cotonium, Suessionensem, Bassæum, Rodriguez, de Potestate, Englmayr, Benjaminum Elbell, et reliquos Scotistarum celebriores Magistros, cum antiquos, tum modernos: nescio unde nobis imputetur ad culpam sequi magistros nostros in modo procedendi in via Doctoris Subtilis. Si juxta hos conficere possunt muti Sacramentum hoc contra expressam mentem Reportatorum, quia dubius mansit Scotus in Oxoniensibus: ob eandem rationem nobis licebit statuere hujus Sacramenti Ministrum Parochum, sine respectu ad alia quæcumque ~~[illegible]~~ hoc punctum dixerit Doctor in Reportatis.

146. Quamvis verò in reliquis Theologiam spectantibus non videatur admodum plausibilis hic modus procedendi ex dubietate Oxoniensium contra apertam Reportatorum doctrinam; tamen in his, quæ materiam, formam, et Ministrum Sacramenti Matrimonij concernunt, mihi non parum consequens apparet. Cujus ratio talis à me apprehenditur, quòd dubietas Oxoniensium est tantùm juxta Scoti propriam mentem, qua perpetuò stare voluit modo procedendi Ecclesiæ Catholicæ, quæ ex rescripto SSmi Domini N. Benedicti XIV. de his nihil hactenus pronuntiavit, sed theologorum disputationi reliquit. In Reportatis

au-

autem, quæ Parisij legit, adhæsit (siadhesit) sententiæ Cano oppositæ, in hujus favorem determinatam Oxoniensium dubietatem, non quia ea esset ejus mens propria, sed quia in hac materia, nil detrahere laudi Jehu Christi, et Beatissimæ Virginis Mariæ, voluit ibi complacere Parisiensibus, quibus communis tunc erat ejusmodi opinio. At nos postea conferentes Cani sententiam, quæ etiam fuerat Guilelmo Parisiensi, propositam fuisse Concilij Tridentini Patribus, et coram ipsis acriter propugnatam à Simone Vigorio, et Theologis Parisiensibus, si vera narrat Cardinalis Pallavicinus in Hist. Conc. Trid. lib. 20. Cap. 4. n. 1.

147. Ideo credimus, quòd si Doctor Subtilis tunc temporis inter vivos egisset, forsan Vigorij partes amplexatus esset, vel ad summum in sua dubietate cum Sancta Ecclesia Romana perseverasset, ut nos libenter dicemus in præsenti quæstione, in qua semper, et pro semper credemus esse dubiam cum ecclesia, et indeterminatam propriam Subtilis Doctoris mentem. Si autem adhuc hæc via superius asserta, et à nobis animadversa excludendi libertatem opinandi in præsenti materia ex dubietate Oxoniensium, tanta quoad scotistas erga nos, quam quoad nos erga ministrum, displicuerit ridiculosa critica Jacobi, inanserit omnes Scotistarum Doctores propter sacramentum mutorum, et cum hi cæcinerint palinodiam, tunc nos confutatissimè procedemus erga ejusmodi sacramenti Ministrum lapsorum, semper Cano subscribendo, cum propter rationes, et doctrinam traditam sup. inclusivè à num. 98. usque ad num. 132. tum propter in-

determinationem propriæ mentis Doctoris Subtilis, quam cum Sancta ecclesia semper credimus indubitatam in præsenti disputatione. Et hæc satis de Romani Præceptoris mente, in qua perquirenda non parum laboramus propter adversantes. Hæc, ingram, satis, ut ad alteriora accingamur.

§. IV. 4.

Triplex ratio conguentiæ adsentiendi pro nostra conclusione.

148. Instituimus hactenus pro conclusione firmanda, et stabilienda, ac ab argumentis propugnanda, stetimus hucusque in adverso bello, ubi fortissimum est prælium, et certo, nec pericula interijmus. Plane quidem disputationis jura fecimus, cum, explicato disputandi statu, conclusionem potissimo, quæ, ac validissimo fundamento adstruximus, adversantium momenta explosimus, ac Subtilis Doctoris de hac re mentem, quantum licuit, aperuimus: unde cum adversantibus sermonem concludimus. Nunc cum impugnatoribus, et clientibus res est. Ad vos nostra se vertit oratio, ut quam conclusionem propugnatam amplexati sunt, eandem ampliùs lacessere non desinant, sed majori vexatæ vi acti animi defendant, libentiùs sustinendo, fortiusque in palestram provocent, securiùs propugnent.

149. Triplicem ad hoc congruentiæ rationem conferimus, quasi triplex caput, ex quo Nostræ explicationem nostræ Opinionis solidiorem claritati lucemque videant, quo suas responsiones, et rationes eruditionis sacræ floridò aspectu exornatas auditorum oculis fortiusque exponant. Nec incassum eas congruentias diximus, non enim id animi no-

nabij est, illas hic coagmentare, quasi valeat apud nos medicamenta Sanctis presidia, ea in ipsis sanctissima sacula; sed ea hic in nostram gratiam recedimus, quasi non parum impulsa ea impossibilia tractantibus. Nec difficile fiet, ut quos inaquales dare documenta non considet; eos in posterum allata consequentia forte allicient. Credo equidem, quod Nostri non parum delectabuntur, et quidem pro, quod impossibilibus non displicabuntur. Vera mens est, ut absque argumentorum strepitu, quam ut conformitatem nostro videat, nostra equius hausta ex ipsa Traditione, et sacramentorum Theologia, ea quo explicata sunt a nostram explicem consequentiam assumamus, ac libramus.

150. Ea prima ratio consequentis inter sacram Sanctam per opinionem nostram. Ex jam primo de essentia Pa. illig. dis. cap. 2. ad 6bjec. dicam de Matrimonio sacramento cum hoc maxime est, ex quo autem dico, in Christo et ejus ecclesia. Ubi Apostolus nonnisi in ecclesia unde agnoscere sacramentum. Quid autem innuit verbum in ecclesia depris illam invisibilem, que, quia spiritualis est, ea non videtur, sed eam visibilem, quam visibile Capitis agnoscat, colligimus, ordinata. Vellem ea tacuisse de ecclesia contenti, quando ea, que pro sensu visibili ipsa, videntur Nec aliter audita a Patribus, nisi quod per sacramenta tanquam cum Christo invisibili mirabiliter quo gratia Dei visibilis quale sacramentum, quo ante diluvium, visibilem ecclesiam tribuunt. Cum per ea fideles in ecclesia ad invisibilem gratiam pervenirent. Unde nos alio venire Apostolus, nisi quod Matrimonium. Cadamus veamus sacramentum in ecclesia, hoc est

ita, unum ex illis verum, ac alibi, visibilibus que signis, quibus ecclesia Catholica visibiliter redditur, efficatur, comprobatur.

151. Quare nunc Deus ex una parte signum quod dam, quod ex se nil sacrum portat, sed cujus omnia omnino profana sunt, ita ut quacunque videat, quacunque oculi sui prospicuum, sensu percipiamus, ex pe cedentes, communia et indifferenter a Saracenis, Gentilibus, Judeis, et Catholicis usurpentur. Ex alia autem parte assipe signum alienum, quod vel primo aspectu sacrum sit, a sacro Ministro confectum, verbis sacris instructum, sanctissima Trinitatis expressione coagmentatum, ac sacra benedictione expressum. Nunc ex medium consideremus Romanam Ecclesiam, quam sacram venerari confitemur, et adorare, ne divina Fides contineat, quam sane. Quotiam ex illis divinis signis constituimus, eadem, qui, ad visibilizandam Romanam Ecclesiam? Antequam primum assumamus, dicam. Si ergo Pacius Matrimonium talem sacramentum nos, legis pronuntiat, ne hic rerum ex signis sacris, quibus sacra ecclesia per eadem visibili exponitur, dicamus tale esse, quod a sacro Ministro confectum, non autem quod a profanis personis contractum tabulatum.

152. Cercia Paulo tale datum sua, ultimis enim, ne visibilem ecclesiam esse generibus predicare, et omnibus innotescere mulciformem gratiam Dei. dis. ad Ephes. 3. ipse testatur. Divitis omnium sanctorum mysterium data est gratia hec, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, que sit dispensatio sa-

cra-

cramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creavit, ut innotescat:: per Ecclesiam multiformis sapientia Dei:: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum. Itaque multiformem Dei gratiam sive regenerativam, sive potestativam, sive roborativam, sive nutritivam, sive sublevativam, sive sanativam, signis sensibiliter sacris, pro visibiliter sacra Ecclesia reddenda, indidit: nescio autem cur Apostolum septimam gratiam unitivam à talibus sensibiliter sacris signis eximisse velimus, qui eum sacramentum magnum in Ecclesia non aliter ac reliqua conclamasse Matrimonium adversus Lutherum, Calvinumque contendimus. Numquid ipsum sacram gratiam profano signo, non autem sacro significare voluisse autumnabimus, cum dixit sacramentum hoc magnum est in Ecclesia? Nec credam.

153. Quamvis verò fidem hoc supplere frequenter audiatis, quasi fides intima contrahentium ad sacrandum sensibiliter signum invaluerit, ingratanter accipite. Quid enim haec ideata benedictio occulta agere poterit, ut ob oculos gentium sacramenti dignitatem ostentet? Certè nihil. Si enim ore sacerdos benedixerit sponsos, omnes respondebunt, Amen, omnes nempè sacramentum agnoscent: caeterum si benedixeris spiritu, ait Paulus ipse 1. Cor. 14.: qui supplet locum idiotae, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. Sic enim alter non aedificatur. Omni autem nisu instare debemus, ut haeretici semper protervi, vecordes, procaces, ac tenacissimi, opera nostra in hoc sacramento taliter cum aliis consentientia videant, ut qui alia admittunt, eo-

eodem modo administratum hoc credant, vel ad summum non nisi protervè rejiciant. Nam si vel cum sacris ritibus collatum matrimonium adhuc sacramentum addubitant, fortè ne ipsum profanè Gentilium more contractum sacramentum credent? Ves videritis.

154. Huic nostrae Pauli explanationi, vel à caecutiente aspiciendae, assentiri planè conspicitur Doctor subtilis in 4. d. 26. q. Un. §. De quarta Conclusione. Ubi primò asserit hoc sacramentum gratiam causare sicut caetera dicens: Sit haec prima Conclusio specialis: Contractui praedicto congruum est annecti collationem gratiae, quia contractus praedictus est difficilis, cum ex eo nascatur obligatio valdè difficilis, cujus difficultas conjuncta est honestati, ut probatum est prius: ad honestum autem, et difficile, congruum est gratiam conferri. Ut autem postea tertiò assereret sic: Tertia conclusio: expedit sacramentum propriè dictum conjungi contractui praedicto. Patet ex duabus praecedentibus, quia signum efficax gratiae tunc collatae: mediam dixit hanc conclusionem nobis valdè arridentem: Secunda conclusio est haec: congruum est in aliquo signo sensibili ad hoc à Deo instituto regulariter conferri, quia, ut dictum est suprà, in generali de sacramentis distinct. 1. expedit talia signa esse instituta pro statu isto. Ergo ex Doctore signum sensibile matrimonii tale est, ac caeterorum sacramentorum: unde cum ipse taliter de reliquis supra dixerit esse sensibiliter sacros, à sacro Ministro confectos, ut sint Ecclesiae visibilis visibilia signa: ejusmodi est Matrimonii signum. Itaque credo scotum audientem à Paulo hoc matrimonium esse sacramentum in Ecclesia, taliter intellecturum, ut ipsum matrimonium dicat signum sensibiliter sacrum, à sacro Ministro confectum, ut sic sit in Ecclesia, et pro Ecclesia visibili visibile signum.

Alte-

155. Alterum non minoris dignitatis, licet clarioris narrationis adferimus Pauli locum 1. Cor. 4. dicentis: Sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Ubi apertè definit solos Sacerdotes esse Sacramentorum collatores: talia enim Sacramenta exprimere vult nomine mysteriorum. Etenim in antelaudato loco Epistolæ ad Ephesios, textus Græcus habet mysterium hoc magnum est, ubi vulgatus vertit Sacramentum hoc. Unde dum Paulum audimus Sacerdotes vocare mysteriorum Dei dispensatores, intelligere debemus ipsos appellare, cognoscere, et definire Sacramentorum Ministros. Primò: quia mysterium, et Sacramentum pro eodem usurpantur, ut ait Concina de Matrim. Dissert. 1. C. 4. n. 6. gravissimo ductus fundamento, quod omnes Catholicos ad eandem assertionem urgere debet. Volens enim Joannes Calvinus lib. 4. Institut. C. 19. §. 35. Matrimonium è Sacramentorum serie eradere, non alio suum vult figere robur, nisi in distinctione verborum Sacramenti, et mysterij, dum Paulum in Græco originali legebat matrimonium appellare nomine mysterij, non autem Sacramenti.

156. Do ejus verba, prout à Concina referuntur loc. cit. n. 4: Verba tamen obtrudunt, quibus Sacramenti nomen matrimonio attribui dicunt.... Mysterium dixerat Paulus: quam dictionem quum relinquere posset interpres, latinis auribus non infrequentem, vel arcanum vertere; Sacramentum ponere maluit, non tamen alio sensu quàm Græcè à Paulo mysterium dictum erat. Eant nunc et linguarum peritiam clamosè insectentur, quarum ignorantia in re facili, et cuivis obvia tandiu fœdissimè hallucinati sunt. Videamus nunc si mysterium aliud significat, quàm Sacramentum, ut Calvinus justè nos exsibilet hallucinatos. Dicemus ergo idem significari duobus his nominibus, ut quando Paulus mysteriorum dispensationem profert, de Sacramentorum administratione generaliter intelligamus loquentem. Et ut Calvino os tundamus, clamemus nos esse, ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei, etiam Matrimonij, ne ipse ex his mysterijs, seu Sacramentis sanctum excipiat Matrimonium, dum ex hac mysteriorum per Ecclesiæ Ministros Sacerdotes dispensatione Matrimonium excludi à nobis attendit. Qui enim fiet, ut relicto Matrimonio in laicorum potestate, ipse è profanis manibus Sacramentum deturpasse non gaudeat, qui vel in Sacerdotum manibus constitutum, tamen totis viribus id evertere conatur? Certè suam nactus occassionem Calvinus putabit, dum cum laicis hujus Sacramenti dispensatoribus rem agere à quoquam relinqueretur.

157. Secundò mysterij, et Sacramenti identicam significationem ipse Vulgatus interpres apertè innuit, siquidem indiscriminatim ijs utitur, quasi verbis idem prorsus significantibus. Eosdem caracteres habet Lectio Græca sive in Cap. 5. ad Ephesios in verbo illo Sacramentum, sive in 1. Cor. C. 4. in verbo mysteriorum, solùm notata casuum diversitate; et tamen noster Vulgatus in primo textu græcum mysterium latinè vertit Sacramentum; in secundo verò verbum mysteriorum intactum reliquit, quod nullatenus ipsum facturum putaverim, nisi identicam utriusque vocis significationem credidisset. Quò fit, ut Paulus, qui solos Sacerdotes vult nos existimare dispensatores mysteriorum Dei, non alios præter ipsos definiat ex officio ministros Sacramentorum Ecclesiæ, ut Calvinus, et Lutherus, qui alia recipiunt ecclesiastica Sacra-

cramenta, Matrimonium ex ratione Sacramenti excludere non audeant, dum videant eadem lege in Scriptura Sancta tribui Sacerdotibus ejus administrationem, sicut et ceteroum gratiæ, et Ecclesiæ visibilium signorum, quæ perpetuo, firmitergue venerantur Christi, et veræ Ecclesiæ Sacramenta.

158. Certio videt Paulum in nostro textu de Sacramentorum collatione per Ecclesiæ Ministros sententiam tulisse, quia frequenter ab Ecclesia usurpantur verba Dispensationis per Dei Ministros, ut Sacramentorum administrationem innoscat. S. Laurentius hic proponitur ad Ecclesiæ in ejus officio; S. Pictum alloquens: Cooperire, ut cum idoneum ministrum eligeris, cui commissis Dominici sanguinis dispensationem. Ubi vides Eucharistiæ distributionem dispensationem vocare, dispensatorem autem ministrum dicit. Angelicus Doctor pluries hoc reperit. in 4. contra Gentes c. 74: Ea autem, quæ populo per Ministros Ecclesiæ dispensantur, Sacramenta dicuntur. Item in 3. p. q. 83. art. 3. ad 6: Dispensatio Sacramentorum pertinet ad Ministros Ecclesiæ. et etiam in suppl. 3. p. q. 22. art. 2: Respondeo, quod Sacramenta, in quibus gratia confertur, dispensare ad solos Sacerdotes pertinet. Attendatis ipsius verba, quam promisere, item quam generaliter Sanctus Thomas omnium Sacramentorum administrationem dispensationem vocat, et solis Ecclesiæ Ministris ipsam attribuit, ut mentem Pauli pro nobis hæc dignoscamus, dum solos Sacerdotes appellat dispensatores mysteriorum Dei, quæ sunt Sacramenta.

159. Et si huius verbi dispensatio per Ecclesiæ Ministros dicet applicationem ad singulares Matrimonij Sacramentum in-

hiet, audi S. Thomam in 4. d. 6. q. 1. art. 3. ad 3. ubi sic loquitur: Matrimonium secundum quod est in officium naturæ, et pœnitentia secundum quod est virtus, non habent aliquam formam verborum, sed secundum quod utrumque est Sacramentum in dispensatione Ministrorum Ecclesiæ consistens, utrumque habet verba, sicut in Matrimonio sunt verba exprimentia consensum, et item benedictionis ab Ecclesia instituta, in Pœnitentia autem est absolutio Sacerdotis verborum facta. En qualiter Sanctus Doctor administrationem Matrimonij, quia Sacramentum est, in Sacerdotum dispensatione consistere asserit, Laicos removens a tali collatione. Nec quemquam movere explicatio ultimorum D. Thomæ verborum, quam affert Cardinalis Gotti t. 13. de Matr. q. 2. §. 3. n. 12. Nempe ibi Angelicum distinguere verba exprimentia consensum tanquam de substantia Sacramenti, et verba Sacerdotis benedicentis ab Ecclesia instituta, quæ utique non a Christo, sed ab Ecclesia instituta, non posse esse de substantia, sed solum de solemnitate Sacramenti. Hanc applicationem aperte voluntariam Gotti interpretationem nemo non videt, nam quomodo patefaciet hic quæso Doctor D. Thomas, qui Matrimonium, Unctionem et Pœnitentiam in Sacerdotum ministerio consistere asseverat, voluisse ea Sacramenta excludere verba Sacerdotis? Libenter audiemus 1ho. Prætereaquod, admissa illa interpretatione, Gotti manibus cæci plaudent Lutherus cum Syrechmo Calvino, eorum ipsorum e nostrum me præripiet quæ Ioannes de Pœnitentia hæresim sanabit. Dicentes quidem Sacerdotis verba, quæ nos absolvit, ut pote non a Christo, sed ab Ecclesia instituta, non posse esse de substantia, sed solum de solemnitate Sacramenti, et ita Sacerdotes non habere, ut ipsi blaterabant, potestatem remittendi peccata,

qua-

quod post Florentinum nitè damnavit Tridentinum Concilium Sess. 6. cap. 4. Can. 3a et di Gottis respondeat verba eandem esse de essentia propter dictum Christi Joan. 20. 23. Quorum remiseritis &c. Succinet vobis Bessa etiam Pauli Chri verba eadem vel conjuncta hic debere esse de essentia propter eosdem Christi verba Matth. 19. Luc. 18. Deus conjunxit hic et propter Pauli definitionem 1. Cor. 4. Me esse dispensatorem mysteriorum Dei hoc est propter Gotti rationem hic in Matrimonio non valere nisi Matrimonium, eam propter eandem valebit illatio Lutheri. Nec claudo rem addit D. Thomas, mentem ecclesiae à Concilio allatam ibidem ut constat ex ejus solutione à nobis supra posita anno 94. Nos ergo simus conformabimus Pauli. Quis hoc negabit? Joachim Clericatus Decis. 6. de Matrimonio num. 10. (cui consonant Knipper, et Pangen) dicit Paulum debere hic intelligi de sacramentis, qui indigent consecratione, non autem de aliis, aliquin laicus baptizare non posset etiam in casu necessitatis. Hoc (iple inquit) requirit natura hujus sacramenti Matrimonij, à cujus susceptione cum secundo ancantur, non est mirandum, licet à ministratione prohibeatur. Citat pro se Mascium, et Card. Diancarum de Lauren. = Et quam infirma responsio hic illa de paucis hujusmodi, jam in processu quæstionis plenius recensuimus. Nec Clericatus, nisi protervè, negabit, adeo sacerdotis proprium esse baptismi dispensationem, ut solus ipse sit ex officio baptismi Minister, nullatenus autem laicus, licet hic ob summam sacramenti necessitatem non excludatur à ministerio quidquid à nobis dictum inventum, jam damnavimus ex Decr. Sch. de celebrum in 4. Regum c. 6. q. 1. Si autem queratur, inquit Scotus, cui competit ex officio ministrare baptismum? Dico, quòd de congruo sacerdotibus

„Ut de episcopis maximè conveniat baptizare, si fieri possit; (notare nunc) necessitas autem absoluta nullum hominem excludit, ne dicamus est. = Clericatus denique, ex hujusmodi baptismum denegato officio sacerdotis, licet sacramentum sumnè necessarium, attamen matrimonium esse nihil ad salutem necessarium referens à sacerdotium dispensatione subtrahit: quia, jejunat, hoc est natura sacramenti, prout per naturam, quam ipsi confingunt, à communi religiosum sacramentorum ecclesiam, quam nusquam invenere. 162. Quod autem audiò ab ipsis frequenter de sacramentis, qui indigent, vel non indigent consecratione, dicere non valet, ne dicam inaudito. Nunquidnam, licet Baptismus sunda ipse consecratione non egeat, ex eo à sacerdotibus ex officio conferri non potest? ipsi judicent. Quid ergo quòd Matrimonium consecratione non indigeat, ut sacerdotes illud ex officio non dispensent? Quæ hoc sacerdotibus inhibet? Clericatus, ut alij. Prætin quamquod scire velim à ipsis, unde hoc de consecratione dixerint, ut alia sacramenta minus consecrata, alia non? cum absolutè protendens Paulus sacerdotes esse sacramentorum dispensatores? Hoc, reponam ipsi, non dicent esse permissa Ecclesiæ, quæ laicos ad Baptismi dispensationem admittit. Sed videant hoc tantum ab Ecclesia permitti ex dispensatione, nimium propter absolutam sacramenta necessitatem ad æternam baptismi salutem: quin ex hoc sacerdotibus denegatur, quòd ipsi soli sint ex officio dispensatores Baptismi, nec Ecclesia tempore ejus aperiatur hujus sacramenti dispensatores ex officio, laicos verò ex

dis-

dispensatione et benignitate tantùm ministros sufferat. Quæ dispensatio in nullo alio Sacramentorum expedit, aut urget, aut adversarij eam convincent.

163. Nec minus ineptum judico, quod ipse gravissimus Doctor postea suggerit, nempè, non esse mirum, si sacerdotes à Matrimonij ministerio pellantur, cum ipsum suscipere non permittentur. Papæ! Ergo cum Quilibet Baptismum iteratò recipere nequeat, hoc est, duplicem baptismum suscipere non possit, nec duos baptizare nequibit; non enim est mirum (dicam cum Clericato), quod, cum omnes à duplicis Baptismi susceptione arceantur, duplicis Baptismi Ministri esse non possint, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Si itaque Clericato sat est sacerdotes conjugari non posse, ut ab ipsis matrimonij dispensationem relegat, nobis sat erit non posse duplicem Baptismum suscipere, ut nec duplicem possimus ministrare. Et credo Clericatum sacerdotibus Latinis hanc pœnam tantùm imponere, quia semper debent esse ~~[illegible]~~ Cælibes; non autem (si vera dicit) idem asseret de Græcis sacerdotibus conjugatis. Quis autem Latinus sacerdos Clericatum patienter sufferet, qui ex eo quòd nos videat continentes, virgines, matrimonij delicias abhorrentes*, non miretur nos privari hujus sacramenti dispensatione? Maximè cum Paulus omnes sacerdotes seu Græcos, sive Latinos voluerit esse Dei Ministros, et sine coarctatione dispensatores mysteriorum Dei.

* et quod castum colamus clericatum,

164. Meliorem, optimumque sensum subijt Pastorale Mechlinense, quod Parochis hanc Matrimonij dicendam formam præscribit: Et ego tanquam Dei Minister vos in Ma-

Matrimonium conjungo. Videtis, quàm nota fuerit Pastoribus Mechlinensibus D. Pauli 1. ad Cor. mens, ut quod in alijs Sacramentis prætermittit, in Matrimonio exprimi voluerint, nempè sacerdotem esse in hoc sacramento Dei ministrum, et prout talem conjuges conjungere senserunt. Quid autem veritates expandimus? Numquid exhinc tenaces homines machinamenta non molientur? P. Antonius Boucat, alioqui doctissimus, mihique valdè charus, ac plurimi semper habendus, hanc solutionem præfato Pastorali adinvenit. Ego tanquam Dei Minister testis vos conjungo, concedo: tanquam Dei Minister conficiens sacramentum, nego. Proh mens nostra! Nec Ministrorum Dei sacer caracter ibi expressus ipsum cohibuit, ut sacerdotes à sacramenti hujus dispensatione ablegaret. Dicat, quæso, Boucat, quibus verbis condignè exprimetur vera alicujus sacramenti ministratio, si non suppetit dicere, et ego tanquam Dei Minister? Aures arrigite, ò Lutherani: et licèt audiatis sacerdotem dicentem, Ego te absolvo: amplius: etsi ipse addat, ego tanquam Dei Minister te absolvo &c. non credatis sacramenti verum Ministrum, sed cum Boucat reponite, sacerdotem id agere tanquam Dei Ministrum testem, non autem conficientem sacramentum. Quis talia fando temperet à lachrymis?

165. Actam putarem explanationem hujus textus, cui adeò præ opposita conformatur nostra opinio, nisi adversariorum effugia, quibus veritatis vim eludere conantur, nos in ejus discussione protraherent. P. Martinus Wigandt tract. 16. exam. 1. de Matrim. num. 10. aliter Paulum pro suo libito distendit, dicens: Ex his explicatur S. Paulus 1. Cor. 4. Solos

solos Sacerdotes vocant dispensatores divinorum mysteriorum. Non enim omne Sacramentum (presertim si non sit à Christo institutum primitus quoad substantiam, sed tantùm elevatum) petit pro Ministro, ex officio tali personam sacram: nam et Laicus in necessitate potest baptismum administrare. Notate verba, signate mysteria. Primum: planè fatetur Paulum solos Sacerdotes vocare Sacramentorum administros, in quo nos cum Wigandio nostram portionem ponimus. = Secundum: et tamen Matrimonium Sacerdotibus contra Pauli vocationem à se cognitam, et confessam, eripit, et hoc propter rationem (notate), quia videlicet non omne Sacramentum petit ministrum sacrum. Egregium sanè fundamentum, si non esset petitio principij. Hoc inquirimus, de hoc disputamus, an omne Sacramentum petat ministrum sacrum? et minor quare non dicit illud de Sacramento, quod indigent consecratione, vel non; quod honoratissimè per adversationem ora frequenter volitat. Sed quoad substantiam hoc dixit, licèt nonnunquam substantia careat, utpotè neutrum fundetur nisi in mera scribentium voluntate, respondet tymquestioni pag. quæstionem ipsam, quæ disquirimus, an omnia Sacramenta consecratam personam petant pro Ministro, ex officio tali?

166. Ubi iterum ab ipsis roganmus, quare non omnia Sacramentum consecratum ministrum requirant? Nullo, quid respondere queant. Nisi forte ad ignorantiam arcem confugiant, dicentes, quia hæc est eorum natura. Et si iterum quæramus, quare sit talis eorum natura, vel unde hoc scivenint? Absque dubio punctum absolvent, si

si dixerint, quia sic voluere priores. = Tertium: pariter sibi includit doctrinam, quæ nostram admirationem rapiat, et ora præcludat garrientibus hæreticis adversus nova, hoc Sacramenta. Supponit dari alia Sacramenta, quæ non sint à Christo quoad substantiam instituta. Numquid Sacramentorum substantia Christum præcessit? Si hoc asserat Wigandius, cum Ecclesia Christum venerandum authorem, et institutorem Sacramentorum? Si homini, vel Angeli substantia Deum præcessisset, rejicio quo pacto Deus homini, aut Angelo creator appellari posset. Aperte fateor me non callere modum salvandi Christum authorem omnium Sacramentorum, cum ipse omnium Sacramentorum substantiam non instituerit. Quidenim fecit Christus, si Sacramenta jam ante ipsum substantialiter existebant? Nonne accidentia paravit, et ideo instituit? Jam ergo Sanctos, et Barbiconsortes hominem generant, dum accidentia vestium, et consuetudo pro hominis perfectione confingunt. 167. Sed demus parentesim Wigandio. Vel hic Matrimonij tantùm substantiam præcessisse Christum, quæ id Sacramentum instituit elevando contractum; vel idem de alijs etiam præter Matrimonium judicat. Si primum: ergo idem est ac si diceret: non omne Sacramentum (præsertim si sit Matrimonium) petit Sacrum Ministrum. Optima propositio! Juxta Wigandium Sacerdos non est matrimonij Minister, quia hoc Sacramentum non quærit Ministrum sacrum. Mactè virtute potentissima ratio! et quis ipsam tergiversatè valebit? quis solvere, aut impugnare? Ideo potius est invidenda, quam oppugnanda.

Si in

sin verò secundum propugnet: quæro quodnam sit sacramentum Matrimonij in simili institutione, et elevatione sociatum? fortassis Pœnitentiam dicet. Nec aliud aptius video, siquidem Pœnitentia virtus Christum præcesserat, per quam sancti Patres peccata diluerant, et quam Christus ad sacramenti dignitatem evexit. Nunc nobis edisserat hic Doctor, quare Matrimonium, et Pœnitentia individui comites in elevatione, et institutione, non ita se habeant erga ministrum? Cur in Matrimonio sufficiens caput sit excludendi ipsum à sacerdotum ministerio, quia non fuit quoad substantiam à Christo primitus institutum, sed tantùm elevatum, non verò eadem sit causa Pœnitentiæ, aut alterius cujusvis sacramenti, quod Wigandtius suo parentesi velit implicare? Si hoc ipsi Wigandtio opponant Calvinistæ, aut Lutherani, respondeat ipse. Certè parentesi Wigandtiano non à solius matrimonij dispensatione sacerdotem hæteredoxi intercludere poterunt.

168. Jam quantum in hoc Doctore videsis. Baptismi paritatem offundit, munitissimum adversariorum castrum, super quod jam aures nostræ canescunt. Repetitò paritatem hanc debellavimus, prostravimus, destruximus: nunc huic Doctori sufficiat Angelicus Magister in supplem. 3. p. q. 31. art. 1. sic expressè definiens: Nullius sacramenti dispensatio Laicis ex officio competit. Nisi hoc expressissimum dogma obtundere velit sua illa dilectissima distinctione, scilicet, nullius sacramenti requirentis ministrum sacrum Laicis ex officio competere, non verò si sacramentum non exigat sacrum Ministrum, cujus futilitatem distinctionis satis superque ostendimus. Insuper Wigandtium rogemus, ut pro sua comitate indicare velit nobis, qui omnium sacramentorum, etiam Matrimonij, ex officio dispensationem Laicis interdicimus, qua phrassi utemur, ut nostram mentem generaliter clientibus nostris promamus, si hæc non sufficit: nullius sacramenti dispensatio Laicis ex officio competit. Melius esset, ut Wigandtius, et consortes in saniorem mentem redacti, similes interpretationes, ne dicam deliramenta, contemnerent, talium distinctiunculariarum nænias abjicerent, nec malæ causæ pejus assumerent patrocinium, quo ansam Novatoribus præbent simili modo interpretandi quaslibet ecclesiæ sanctiones, quaviscumque claritatis methodo sint expressæ. Plus honoris nos D. Thomæ tribuimus, ipsius authoritatem pleno corde amplectentes, quam suus Wigandtius ipsum perenniter distinguens.

169. Adeo periculosæ sunt similis furfuris solutiunculæ, ut potiùs authoritatum caries vocaverim, quam explanationes: ipsis etenim fit, ut nulla sit firma authoritas, nullius Concilij, aut Patris mens satis expressa, quin earum prurigine obscuretur, et validissimum Patrum, et sæculorum doctrinæ, ac ipsius scripturæ fundamentum nullius sit roboris, dum talibus interpretamentis deturpatur. È contra, his proscriptis commentis, Concilia, Patres, et in primis ipsa scriptura adversus acatholicos miram vim, et efficaciam sortitur. Probet hoc experientia edoctus, ille Franciscani ordinis Religiosus à N. Henrico Villalobosio relatus p. 1. sum. Mor. tract. 7. de Euchar. dific. 19. n. 1. qui ut hæreticos de vera Transubstantione convinceret,

hunc

hunc brevem discursum unicè efformavit: Potuit Christus facere, ut substantia panis in suam substantiam conuerteretur: at hoc fecit, neque enim clarioribus verbis id exprimere potuit, quam illis: Hoc est corpus meum: ergo. Quo discursu quemdam Anglum doctissimum in meliorem frugem reduxit. Quod autem praestitisset, si praedicto similem adhibuisset modum haereticus, hanc distinctionem assingo, Hoc est corpus meum secundum communem maccaronicam, quae eadem est in sublimioribus talium, concedo: est corpus meum secundum totam substantiam, negr. Certè narrasset fabellam simplo.

17o. Tanta est hujus verbi vis absque interpretatione probari, et accepti (eodem) veneratio paritformiter de reliquis, et de verbo Pauli 1. Cor. 4.), ut ejus vi Lutherum coactus, Christi veram in Eucharistia praesentiam fatiatur, cujus non fuerit, sed ne ab Ecclesia Romana recederet, impanationem confinxit. Unde si absolutè vult Paulus solos sacerdotes esse Sacramentorum ministros, absque ullius sacramenti exclusione: item: si absolutè vult Thomas, nullis Sacramenti (omnibus absolutè intellectis) dispensationem ex officio Laicis tribui: absolutè no, assentiamur utrique: nobis convenit ut Vigandius. Quod si adhuc sua distinctione muniatur, exurgit Somnium, o Lutherani. D. Vigandius clarissimus, ridiculusque Thomista, audiens Paulum, et Thomam solis Sacerdotibus Sacramentorum Ecclesiae ex officio dispensationem tribuere, utrumque elidit asserens, eos debere intelligi de Sacramenti exigentibus Sacram personam, pro Ministro, ex officio tali, non autem de alijs, quae sua authoritate talem dispensatorem non exigunt. Ipsum et vos, cum audiamus

Con-

Concilium Tridentinum Sess. 7. can. 1. de Sacram. in genere. Vos anathematizatis, si Christum omnium Sacramentorum nove Legis institutorem esse negaveris, distinguisse eum vos asserere a Sacramentorum authorem, si hoc consecratione operatur, non autem abitorium: et ita in hac parte vos non urgeo Concilium. Ego certè nullum damnaverim, qui matrimonium Vigandianum è Sacramentorum charta corradat: septem non agnoscimus, sed septem, quae ministros ex officio Sacros juxta Paulum, et Thomam exigunt: aliud autem Sacramentum nullum admittimus.

171. Ne autem addictio paritatis de Baptismo hinc novitet insalubrata recedat, audiamus D. Ambrosium tom. 4. oper. lib. 1. de Sacram. cap. 3. ubi hic in Baptismo, et ejus gratia contemplationem nos provocat: „Deinde accessisti propius, vidisti „fontem, vidisti et Sacerdotem supra fontem. Nec hoc possum „dubitare, quod in animum vestrum non potuerit cadere quod „cadit in illum Syrum Naaman: quia est mundatus est, tamen ante dubitabit. Quare? Dicam, accipe exempli gratia, vidisti aquam, vidisti Sacerdotem, vidisti levitam. Ne forte „aliquis diceret: Hoc est totum? Immo est totum, vere totum „ubi tota innocentia, tota pietas, tota gratia, tota Sanctificatio. Vidisti, quae videre potuisti oculis tui corporis, et humanis conspectibus, non vidisti illa quae operantur, quia non „videntur. Illa multo majora sunt quae non videntur, quam „quae videntur: quoniam quae videntur temporalia sunt: „quae non videntur, aeterna. = Vide, et considera, qualiter S. P. Ambrosius de Baptismo sentiat. Iterata replicatione Sacerdotem consideratè nos jubet, Sacerdotem attendere nos provocat; vidisti Sacerdotem supra fontem, vidisti Sacerdotem. Quid est hoc? Quare non absolutè dicit, vidisti ministrum,

Sed

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

sed præcisè, vidisti Sacerdotem, vidisti Levitam? Nisi quia Baptismum pro dignitate, ex instituto discutiens, de proprio Ministro ipsum loqui opportebat? Nec ministrum absolutè vocare decebat, ne fortè nos ingredientes, videntes fontem, et Laicum supra ipsum, hunc putaremus Baptismi ex officio dispensatorem.

172. Quare autem adversarij ita pro Baptismo à Laicis administrato conclamant, quasi Laicus ex officio id faceret, et non tantùm ob absolutam, ut ait Scotus, Sacramenti hujus necessitatem, et æternam baptizati salutem? Et ad summum, si ipsi, licèt Laicos baptizare videant, tamen Sacerdotem verum Baptismi dispensatorem cum ecclesia fatentur, quare non etiam id nobis concedent in Matrimonio? Ut etsi nobis consentire nolint, solum Sacerdotem et non Laicos Matrimonij ministros asserentes, cur saltim ~~nobis~~ utrumque et Sacerdotem et Laicum posse hoc Sacramentum, sicut et Baptismum, ministrare nobis non permittunt? Et tunc nos Laicum excludemus à ministrando Matrimonio, in quo nulla invenitur necessitas, qualis est, quæ Laicos sinit ministrare Baptismum. = Amplius nota in Ambrosio. Licet nobis et fontem, et aquam, et Sacerdotem ostendat, et Levitam, adhuc asserit nil nos videre ex ijs, quæ operantur, quippe majora valdè sunt, quàm quæ videntur: ubi tot res Sacræ non satis Sacrum ostendunt effectum. Quid ergo, Wigandti? Matrimonium tuum, in quo nec Sacerdos, nec Levita, nec quævis videtur res Sacra, ritè erit signum Sacrum sensibile rei Sacræ sanctificantis nos? Tu videris.

173. Hæc scribenti mihi occurrit Scotus in 4. Reportat. dist. 1. q. 2. §. Respondeo. ℣. item illa sensibilia, ubi ita loquitur: „secundùm hoc dico quòd Deus Sacramentum

„insti-

„instituit, ut esset signum ex institutente ad placitum, verum, „et efficax, et demonstrativum in uno sensibili, et visibili, vel „audibili, vel in pluribus habentibus similitudinem natu„ralem ad signatum, ut ablutio exterior, quæ est Sacramen„tum Baptismi, et fit in aqua, et verbis, significat ablutio„nem animæ interiorem. Similiter in Eucharistia sensibi„lis panis exterior, qui naturaliter nutrit, significat animæ „nutritionem, et refectionem interiorem; Vel in uno sensi„bili non habente similitudinem naturalem ad signatum, „ut patet in Matrimonio, ubi tantùm sunt verba, quæ sig„nant interiorem consensum animorum tantùm ad placitum = Ex quibus verbis duo in nos regeri videntur. Primum: quòd Doctor subtilis non absolutè intelligere videtur Pauli textum, ut credat solos Sacerdotes esse Sacramentorum omnium ex officio administros. Etenim si fundamentum nostræ sententiæ verum est, cum Scotus dicat verba exprimentia consensum esse in Matrimonio signum verum et efficax, et demonstrativum gratiæ, qui tale signum conficit, erit juxta ipsum Sacramenti Minister. Nunc: soli contrahentes, non verò Parochus talia verba, ac proinde tale signum conficiunt.

174. Exhinc item contra nos insurgit secundum: nempè, non benè nos §. antecedenti dixisse Doctorem subtilem nec esse nobis adversum in Reportatis, nec alicubi suam mentem pro contraria sententia expressisse. Cum aperto ore hic sentiat verba contrahentium, quibus suum exprimunt consensum, esse signum efficax gratiæ matrimonialis, et aliunde nostrum clamitet principium, illum esse cujusque Sacramenti dispensatorem,

rem, qui illud efficit, quod est signum efficax gratiæ. Sed si adversarij Scotum sollicitè considerare voluerint, neutrum objectum nos lædere facilè invenient. Et quidem, quod primum spectat, clarè constat Doctorem solum ibi loqui de Sacramentorum materijs, quas vult esse omnino sensibiles, quæ quæ vel audiri vel videri queant, et alias non agnoscit Sacramentorum materias, quæ sensibilitatem non præseferant, vel naturalem cum significato similitudinem gerentes, vel tantum ad placitum significantes: quas solas credit potentes constituere signum verum, et efficax, et demonstrativum, si nempè sint ita sensibiles. Ipsum autem tantum de materijs loqui, inde demonstratur sufficienter, quod in Baptismo, et Eucharistia, quæ simul in exemplum cum Matrimonio adducit, tantum materias nominet, ablutionem videlicet exteriorem, et exteriorem panem. Unde similiter verba consensum exprimentia in conjugio adfert, tanquam quæ materiæ ipsius partem constituant, dum consensum sensibilem reddunt, nec enim interiorem consensum solum credit Doctor subtilis posse Sacramenti hujus materiam constituere, ut quæstione sequenti patebit.

175. Vidimus Scotum nil ibi decrevisse de Conjugij legitimo Ministro, unde nec ullo modo exceptionem posuisse Paulo. Hinc destruitur secundum objectum, utpotè in primo fundatum, dum enim Doctor nil de Ministro dixit, sed tantum materiam Matrimonij sensibilizationem signavit, inde est sanctum manere, quod ex ipso in §. antecedenti adstruximus, scilicet, nec esse nobis adversum in Reportatis, nec alicubi pro contrarijs suam mentem expressisse. Quin po-

potius præfatus Scoti locus in adversantium Scotistarum perniciem retruditur. Si enim Doctor subtilis etiam in materia ipsa Matrimonij verba prætendit, quinimmo verba in Sacramenti forma exiget? Quomodo ergo ipsi in via Scoti possunt salvare Sacramentum mutorum, qui nec pro materia, nec pro forma possunt adhibere verba? Dicant ergo nobiscum, et facilius hoc rete explicabunt. Quia tamen objecta nostri principij meminerunt, appendam Doctoris verba, quæ ad supraposita n. 173. subsequuntur, in quibus evidet qualitas signi ad signandam gratiam requisiti. „Congruum ergo fuit, „concludit Scotus, Deum instituere aliquod signum sensi„bile, significans ex institutione veraciter, et demonstrati„vè gratiam invisibilem in uno sensibili, vel pluribus, „habente, vel habentibus convenientiam naturalem, vel „ad placitum cum ipso signato, et hæc est descriptio, et de„finitio Sacramenti data de re, quam significat hoc nomen „Sacramentum. Dicitur autem magis VISIBILIS „forma, quam audibilis, propter nobilitatem sensus „visus ad omnes alios sensus, qui quodammodo est omnis sen„sus, sicut homo est quodammodo omnis creatura, propter „naturalem convenientiam cum omnibus: et ideo ponitur „in definitione Sacramenti loco omnium sensibilium.

176. Quibus verbis non obscurè Doctor Sacramenti definitionem explanat, asserens Sacramenta debere esse signa, quæ efficaciter et demonstrativè invisibilem significent gratiam. Quæ autem signa satius huic doctrinæ conformabuntur? quæ omninò sacra sunt, an quæ nullo modo? Restat ergo fateri plus conformari nostram sen-

ten-

tentiam menti Doctoris subtilis, quàm adversariorum opinionem. Si autem hoc confiteri renuerint, ipsi soli tenebras offundent, et clarissimæ luci suos oculos claudent, quo fiet, ut cum sol, luxque omnes, omniaque illuminent, soli ipsi non videant. At diffiteri non poterunt, quòd Paulo absolutè sacerdotes solos definienti sacramentorum dispensatores, proprior est, qui in hac generali regula omnia sacramenta includit, quàm qui aliquod excipit.

177. Jam tertium damus textum, licèt brebiori vase propinatum, nec minori efficacitate pollentem. Adversarijs mulieres sacramentorum ministras in medio Ecclesiæ astruentibus, prævio clamore Paulus insultat 1. Cor. 14. silentium istis indicens: Mulieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut et lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulierem in Ecclesia loqui. Si igitur Paulus nec loqui mulieribus in Ecclesia permittit, quomodo assentietur eas sacramenta conferre? Patri Boucat (sicut et reliquis adversarijs hunc textum legentibus) sat est respondere, Apostolum hoc loco tantùm prohibere mulieribus evangelizare, quod solis clericis competit, at non prohibet eas nubere, ut ejusdem Ep. cap. 7. concessit. Peregregiè! Numquid plus est evangelizare, quàm sacramenta conficere? Anne omnibus Ecclesiæ summum non fuit potestatem dispensandi sacramenta habere? Evangelizare autem, et docere, vel sacristis laicis conceditur, dum jubentur Parochianos Christiana doctrina imbuere: nec ipsis unquam dare sacramenta permittitur.

Hic

Hic Granatæ ipsi sacristæ etiam acolythos, et amicos admovent, ut fide pueros imbuant. Vocent et vicinas, ut sacramenta conferant. Quod autem subjungit Boucat, Paulum scilicet non prohibere mulieres nubere, verum est, sed hoc non est sacramentum conferre, sed accipere. Hoc quod est nubere, passionem importat, nam verbum nubo non nisi passivam sortitur significationem. Aliud itidem est communicare, et aliud est Eucharistiæ sacramentum conficere, nec omnis qui communicat, hic consecrat. Vidistin Diaconum et à sacerdote communicari, et ipsum alios communicare? et tamen nec ideo consecrat, nec in unico Diaconatus gradu consistens, Eucharistiæ sacramentum perficere poterit.

178. Itaque mulieres in Ecclesia taceant, et semper taceant, si enim ex contrariorum ore Paulus loqui, et evangelizare, quod est minus, fœminis interdicit, quonam pacto eis dabit, quod plus est, loqui, et sacramenta conferre? Ovet insuper Thomas, qui in supplem. 3. p. q. 8. art. 1. nobis attonat dicens: Solus ille est Minister sacramentorum, in quo gratia datur, qui habet Ministerium super Corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est. Unde mulieres non habentes ministerium super Eucharistiam, in evangelizatione sileant, et erga sacramenti collationem potissimè taceant. Nobis item consonat Scotus noster, qui mentem Pauli, ut à nobis expenditur, probat, dum in 4. d. 13. q. 2. §. Ad quæstionem dico. ℣. Loquendo, talia statuit: Loquendo de posse simpliciter, nihil requiritur ultra materiam debitam, de qua dictum est in fine dist. 11. nisi minister debitus, ad quem requiruntur tres conditiones, scilicet quòd sit sacerdos: quòd possit proferre verba consecrationis: et quòd possit habere intentionem debitam faciendi, scilicet quod intendit Ecclesia facere. Secunda conditio et tertia sunt communes hic, et in ministrante alia sacramenta: propter defectum secundæ non potest mutus conficere. Propter defectum tertiæ carens usu rationis non potest conficere. Notate nunc. Et eodem modo de baptizando, et conferendo quæcumque alia sacramenta. Hucusque Doctor.

179. En quomodo mutos arcet à quorumcumque

Sa-

Sacramentorum dispensatione, quia formam non posse proferre. Quare ipsum puto ea de causa etiam deputandum ad talem administrationem relegatorum. Sic enim potentes enim sunt in ecclesia loqui, propter praeceptum, et strictam inhibitionem Pauli, nempe est enim, aut, mulieres in ecclesia loqui. Et si adhuc in illa sua distinctione maneant, tamen licitum prohiberi mulieribus evangelizare, non autem sacramenta ex officio conferre: simili modo dicerent, mulieres posse etiam evangelizare, dummodo excipiatur mysterium quoddam, scilicet incarnationis, aut Trinitatis, aut alterius cujusvis, in quo casu semper auctoritatem silentium. Ergo taceant, et prout Scotus sentit, nec muti, nec ipse valeant sacramenta conferre. Sed quid dicis, dilectissime Pater Scote? Muto ad sacramenti cujuscunque collationem repellis? Nec talia proferas; erade sententiam et revoca statutum hoc, ne offendas. Charissimus enim olim meus Bartholomeus Mastrius cum tuba tonuit, ex tua sententia (inquiunt ipsi) mutos conferre sacramenta: dum abjecto sacerdote, solos conjugatos asserunt matrimonii sacramentum conferre: et insuper volunt mutos illud conficere. Quid ergo dicemus ad haec? Scotus asserit, quod muti non possit conficere. Et eodem modo in baptizando, et conferendo quocumque alia sacramenta. Mastrius reponit, quod muti sacramentum Matrimonii conficiunt. Dicite, nunc vos quaeso, annuntiate nobis: cui credemus? Scoto an Mastrio?

180. Sed jam aures nostras subtrahamus, si forte nos percutiant pessima illa, sed abipsis decantata distinctione, dicentes Scotum loquutum fuisse de sacramentis, quae indi-

gent

gent consecratione, non autem de aliis. At ipse Scotus praefuit, dum Baptismum nominavit, et eodem modo in baptizando hoc, qui juxta ipsos non indiget consecratione, et in circumstantiam ponant semper absolutam Baptismi assistatem. Sed anima nostra nauseat super modalitatibus respondendi; et salvandi tenuitatem; ideo nobis tuta operandi semper tenatur sed alteriora progrediamur. Sed gradum permittere nihil a tergo videam Mastrius, quapropter, et tantillum in Scoti considerationis sistamus; et notate Scotum tantum extendere ad omnia sacramenta dictas conditiones nuncorum, et amentium, non autem primam facendoti, meo ejus verbis hic patet: unde inferunt juxta Scotum dari aliquod sacramentum non requirens ministrum sacrum. Petit ergo Mastrius, quale sit tale sacramentum; sitne est Matrimonium? Cui dicemus esse Baptismum ob jam necessitatem, licet proprius ejus minister sit sacerdos, non tamen Laicus. Cum autem Scotus ibi absolute loquentur, nolunt absolute gerere in omnibus sacramentis sacerdotem, ne aliqui putarent ipsum Laicum vel a Baptismi collatione removere, etiam in casu necessitatis. Nos ulora jam imus, relicto Mastrio ad flagella mutorum, ne liceat illos in sacramenti ministratione ipsi a Mastrio tributa, et a Scoto planepata.

Secunda ratio conclusionis pro nobis assumpta ex Traditione.

181. Ergo sententiam nostram adspexamus; magis Paulo, et sanctae conformari, quam oppositae. Videamus nobis componi sacrum signum; quam signum propharum, ut signet gratiam, et sensibiliter sacram ecclesiam, et sic sit sacramentum magnum in ecclesia sancta ri-

si-

sibili, et in ejus authore Christo. Insuper clarius nos damus Pauli mentem, omnium mysteriorum Dei, etiam Sacramenti Matrimonij dispensationem Sacerdotibus ex officio tribuentes, quàm alij Paulum voluntariè ~~exp~~ diducentes, ut ab ejus generali definitione surripiatur collatio matrimonij. Ultimò etiam mulierum os cum Paulo in Ecclesia obstruimus, ut obturetur os adversariorum hæreticorum, qui nos observant, et tales interpretandi modulos à nobis addiscere volunt, ut in nos retundant, cum eis objicimus Scripturam Sacram. Peracta igitur nostræ sententiæ cum Dei verbo scripto collatione, ad eam verbo Dei non scripto, seu Traditioni Sacræ comparandam accincti accedimus, si fortè præ opposita sit illi conformior. Dixerat clarissimus vir Melchior Canus lib. 8. de locis theol. Cap. 5. Patrum quidem memoria Matrimonium propriè esse Sacramentum, ita demum proditum esse, si Sacerdotis interveniat ministerium. Quod quàm sit verum, ipsa depromant sæcula, enarrent Concilia, dicant Patres.

182. In ipsis Catholicæ Ecclesiæ primordijs declaravit Apostolus c. 5. ad Eph. Matrimonium esse Christi Sacramentum, sed in Ecclesia; cujus verborum vim sup. à num. 150. perpendimus. Nunc ipsa Traditionis ratio aliquid commemorare nos stringit. Noluit Paulus Matrimonium innotescere Sacramentum, nisi ibi insonuerit Ecclesiasticus ordo, quem secundùm famosius, et principalius significatum Ecclesia præsefert. Nos ipsi, dum Ecclesiam, et res Ecclesiæ audimus, statim Ecclesiasticorum negotium peragi credimus. Etiam sæculares homines Ecclesiam nominari auscultantes, ex ipso sonitu rem omninò sacram, physicè, et visibiliter sacrum quid gerentem concipiunt. Quid est autem, quòd dum sæculares viri omnia in Ecclesia

sia venerentur sensibiliter sacra, Ecclesiastici Doctores in ipsa Ecclesia quid omninò esse prophanum admittunt? Paulus æquè dixit matrimonium Sacramentum, sicut et in Ecclesia, cur ergo quod ad Sacramentum attinet fidem pressè intelligimus, quod verò signum sensibiliter sacrum spectat, nec largè prememus? Strictè nos utrumque recipimus, et Sacramenti veritatem, et ipsius omninò sacram sensibilitationem, siquidem ab eodem principio, Paulo nempè, procedit, et Sacramenti notio, et quod à viris sacris ministretur. Ut enim ait Tridentinum Sess. 24. c. 1. de reform. Matrim. Ecclesia non solùm credidit Matrimonium fuisse semper Sacramentum, sed semper à Sacerdote ministrari, aut conferri debere indixit, nam ex ejus verbis matrimonia clandestina Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis semper detestata est, atque prohibuit. Itaque ut consultius, conformiusque procedamus, sicut ex allato textu Sacramenti sacram, et acceptatam Traditionem credimus, ita ex ipso Sacerdotem proprium Matrimonij Sacramenti Ministrum esse teneamus.

183. Rem nostram non parùm elucidat Ssmus Dnus noster Benedictus XIV. de Synodo Diœces. lib. 7. c. 27. n. 3. asserens, tunc conformius Paulo in Matrimonij administratione procedi, cum Sacerdotis benedictione sacratur. En ejus verba: quo religiosius Fideles Matrimonium celebrarent, quod magnum esse Sacramentum in Christo, et in Ecclesia, prædicaverat Apostolus ad Ephes. 5. ab Ecclesiæ primordijs cautum est, ne aliter illud inirent, quàm coram Sacerdote, cujus benedictione quodammodo obsignaretur. Viden Romanæ, et Universalis Ecclesiæ sanctam Traditionem, ut Matrimonij Sacramentum Sacerdotis semper benedictione societur, ex doctissimi æquè ac observantissimi Pontificis

attes-

attestatione ab ipso nascente Christianismo usque. Quam Traditionem uti planè irrevocabilem, vel adversarij ipsi fatentur. Pro omnibus testetur hoc Clericatus loc. citato: ab initio Ecclesiæ usque, fuit tutum, ut Matrimonia coram Sacerdote celebrarentur, et solemniter ab eo conjugum benedictionem obtinerent. Quo certè patebat majorem ipsa Traditione opinionij nostræ, papistæ, cum minquam absque Sacerdote Sacramentum Matrimonium celebrandum Ecclesiæ Traditio id absque nunquam Sacerdote celebrari permittat. Satis hoc nostræ confirmitati esset, nisi in rei tantæ ratio. tanquorem narrationem exposceret, quatenus observationes et Sacramenta Traditionem adversus hæreticos passim perpetuam ostendimus, et Traditionis votum pro legitima ejusdem Sacramenti dispensatione, vetuit, conjugumque Sacerdotibus, quam laicis fuisse morigeratum.

184. S. Ignatius Martir, qui Apostolici Doctor, scribens ad Polycarpum num. 3. ejus epistolæ, quam recensent Cordelius tom. 2. pag. 42. inquit: Decet verò, ut Servi, et Servæ de sententia episcopi conjugium faciant, quo nuptiæ sint secundum Dominum, et non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant. Quæ verba in alia editione sic habentur: Decet verò, ut Mariti, et Mulieres, cum episcopi arbitrio conjugium faciant, quo nuptiæ juxta Dominum sint, non autem juxta cupiditatem. Ex quibus [illegible] Traditionis elementum, quo Calvinus, et cæteri Matrimonia asserunt inquinare pro fide hujus Sacramenti, ut videre est apud Concinam tom. 10. Theol. Dogm. et Mor. lib. 2. Dissert. 5. de Matrim. c. 4. n. 8. Quid autem sibi vult S. P. Ignatius, episcopum advocari, ut nuptiæ fiant secundum Dominum? Hoc quod aiit secundum Dominum,

num, nisi calleo matrimonium probare Sacramentum, quod Paulus magnum vocaverat in Christo, secundum quem omnia fieri conjugia peroptabat Ignatius. Episcopi autem sententia, quid est nisi ministratio ecclesiastica, quæ cubicumque Socium matrimonium exponitur, dispensat Sacramentum? Ne autem obmurmures, eoshinc episcopo soli debui debere matrimonij collationem: dico et id me asserere, quantum ad principalitatem, si enim Sacerdoti cui ij legitimum habenti jus competit, quin potius Episcopo? Similem in Papismo doctrinam ab Scoto accepimus, ex ejus verbis relatis sup. num. 161. Nisi malis episcopum solummodo nominari ab Ignatio, qui inter tot persecutorum, Christi nascentem Ecclesiam recidere conantium colluvies, hæc scripsitabat, ea de causa, quòd plerumque tunc populi rarus, pretex episcopos, adipiscebantur Sacerdotes, quibus in adytis spelunis frequenter autregientibus, facilior ad episcopos patebat accessus, sui enim præpter pastoralem dignitatem multis fidelibus deferebant Ignatij.

185. Sub Seculi secundi initium pro eadem Traditione votum stimavit S. Evaristus, qui juxta Jo: Dominici Mey Sanctij computum an. Christi 170. Petri solium conscendit, sed Joannes Rothenus in Florentis Hist. Catalog. Summorum Pontificum Ganuche part. 1. Hist. Eccl. in Evaristo. Joannes Clericatus Decis. 6. de Matrim. n. 31., et alij quos videsis, ipsum an. 112. ad Summam Sedem vocatum asserunt, etenim ejus Predecessor S. Anacletus hoc eodem an. 112. martyrio est coronatus. His assentimur: sed hoc parum: sufficiat notasse Meyanij anachronismum. Itaque Evaristus, ut refertur 30. q. 5. can. Illicet. et tom. 1. Concilior. pag. mihi 311. scribens ad episcopos Africæ epist. 1. dixit: Illicet legitimum non sit conjugium (in epistola illa inserjiciuntur hæc verba, hujusmodi Tradi-

di-

dítiony etiamtunc verbotenem exprimentia, licet à Patribus accepimus, et à Sancto Apostolo, eorumque Successoribus traditam invenimus, quæ quare omittenit Gratianus, nescimus) nisi abbas, qui super ipsam sacrificam dominationem habere videntur, et à quibus custoditur, uxor petatur, et à parentibus et propinquioribus sponsetur, et legibus dotetur (dotetur verò legit Nunc Benedictus cit. cap. 27. n. ejus 5.), et hic tempore sacerdotali tex, ut mos est, cum precibus et oblationibus à sacerdote benedicatur, et à paranymphis, ut consuetudo docet, custodita, et sociata, à proximis congruo tempore petita, legibus detur (antea legebatur hic à legibus docetur, sed eo vetustissimis codicibus editis Conciliorum emendatum est), ac solemniter accipiatur: et biduo, vel triduo orationibus vacent, et castitatem custodiant. Ita peracta, legitima sciatur esse connubia: aliter verò presumpta, non conjugia, sed adulteria, vel concubinatus, vel supra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitatur, nisi voluntas propria suffragaverit, et vota succurrerint legitima. *

* Quæ omnia parochi ecclesia sancta complectens, sic ad rem nostram in lectione pro S. Evaristo d. 26. Oct. aptè conjunxit: idem constituit ex traditione Apostolica, ut matrimonium publicè celebretur, et sacerdotis benedictio adhibeatur.

186. Ubi considerare nobis expedit, quanta ab ecclesia initio cura sit adhibita in eo, quòd omnia conjugia sacerdotum benedictione sacrentur. Ex quo conjicimus nos Evaristo disputare videmur, qui sacerdotem tali sacramenti ministrum defendimus, notantes quanto studio sit ab initio exquisita ejus benedictio, ut sine illa non putentur conjugia, sed adulteria. Nec aliter posset benedictionis defectus invalidare matrimonia, nisi ipsa benedictio esset de sacramenti essentia. At pluribus modis hæc instituta potest eludi reflexio ab adversarijs, ideo nostri clientibus sanctum parare copimus. Primò: possunt opponere Magistrum, qui in 4. d. 28. lit. Pa. longè dissitus est à nobis in evadenda explicatione, quam planè pro contraria sententia conformat. Sed qualiter in hac

hac parte habendus sit Magister, jam supra dedimus à num. 87. ubi satis ejus mentem perpendimus. 2. Secundò: Concilij Tridentini Patres, nostræ sententiæ adversantes, qui de exacto de irritandis clandestinis obsistebant, ad præfatum evangelici canonem replicabant, non in rigore accipi debere, etenim præsse ut verba pratave, intellecto, non solum benedictionem, sed omnia alia ibi expressa pro forma conjugij acquirere obligaremur. Verùm hæc responsio non evacuat: etenim si evangelium, aut alium audiremus simili modo describentem baptismum, ut infans à domo ad ecclesiam portetur, à compatre, et commatre teneatur, à sacerdote in ipso ecclesiæ introitu exorcizetur, ab ipso, patrinis respondentibus, catechizetur, et varijs de vocatione interrogetur, postmodum à sacerdote solito modo, aqua desuper infusa, benedicetur, et abluetur in nomine Sanctæ Trinitatis, imposito nomine, inducto sale in os baptizati, et unctio pectore, et humeris &c. dicit quis ablutionem, et sacerdotis verba, sacramenti essentiam minuntiasse, non ideo licuit inferre religiosa ibi enumerata baptismi ingredi essentiam. Similiter in proposito.

187. Dicio: evangelium non absolutè declarare nuptias, quæ absque præscripta solemnitatibus celebrarentur; quandoquidem latum post appellata concubinatus, aut supra, talem limitationem affixit, nisi voluntas propria suffragata fuerit (Ita legit Magister citatus), et vota succurrerint legitima, quæ limitatio rata, etsi non legitima, extendit talia conjugia; ergo vel deficientibus solemnitatibus illis, similes nuptiæ formationes non sunt, suffragantibus propria voluntate, vota legitimis. Hanc limitationem Tridentini Patribus reflectendam proposuit, latisque ponderavit P. Didacus Laines Soc. Jesu Generalis, ex relatione Card. Pallavicini in Hist. Conc. Trid. lib. 22. c. 22. n. 25. ✠ Respondeo talia verba nisi voluntas &c. non esse limitationem præcedentis sententiæ,

sed

sed reassumptionem, si bene attendatur sensus Evaristi. Postquam matrimonij ritus expresserat, compendiatim mentem suam dare cupiens, subscribit, ita peracta, scitote esse connubia: aliter verò &c. nisi voluntas propria suffragaverit, et vota succurrerint legitima. Quasi diceret; uno verbo vultis, hoc [illegible] exponam? scitote adultera esse connubia, in qua non interfuerint et contrahentium voluntates, et vota legitima. Qualia autem vota? quæ prius exposuerat parentum, proximorum, in primisque sacerdotis. Unde ly nisi, non est limitatio, sed reassumptio.

188. Quartò: Benedictus XIV. loc. cit. num. ejus 4. et 5. authorem hujus Canonis vocat Pseudo-Evaristum, asserens perperam Evaristo adscribi; unde malè trahitur in testimonium apocryphus Canon. = Ad hoc dicimus et esse in corpore Decreti, et in collectione Conciliorum, et Epistolarum Decretalium, quasi ab Evaristo conscriptam Epistolam illam, qua Africæ Episcopis sacri Matrimonij ritus exponit, sicuti et alias Epistolas ejusdem Evaristi; itaque ut talem nos afferimus, qualem jus profert Canonicum, et plerique authores oppositæ sententiæ exponendam suscipiunt: Quam insuper ipse Magister Sententiarum cit. loc. Evaristi esse credidit, nec de hoc addubitare videtur. Præterea, etsi Evaristi non sit, Canon cancellatus non est, et dummodo è Decretalibus non eradatur, præscriptæ in eo doctrinæ, et expressæ Traditioni stare debemus. Quin præfati Canonis difficultas non exhinc eluitur, quòd sit proprius Evaristi fœtus, vel non sit, certum enim est, et non esse damnandum, et doctrinam afferre Universalis ab ejus primordijs Ecclesiæ consentaneam. Quod ne à nobismetipsis dicere putemur, jam ante scripsit SSmus Benedictus citatus, his verbis: Ad canonem porrò Evaristi, de quo (notate) specialis erat, et nunc quoque est difficultas, non quòd

quòd credatur genuinus Evaristi fœtus, sed quia (uti aliàs diximus de similibus Epistolis Decretalibus ab Isidoro productis) præsumitur fabricatus ad normam disciplinæ, quæ in Ecclesia vigebat in fine octavi, aut initio noni sæculi. Ad canonem inquam Evaristi &c. Et prosequitur in Patrum persona reponens, quæ adversùs nostram doctrinam hic loco secundo, et tertio objecimus. Ubi difficultas canonis stare dicitur, sit vel non genuinus Evaristi fœtus.

189. Secundo, et Tertio Ecclesiæ Catholicæ sæculo floruit clarissimus Doctor, Quintus Florens Tertullianus, qui expressiùs prælatam Traditionem exponit pluribus locis, ut lib. 2. ad Uxorem pag. 191. edit. Paris. an. 1634. ubi ita scribit: Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus Matrimonij, quod Ecclesia conciliat, et confirmat oblatio, et obsignat benedictio, Angeli renuntiant, Pater ratò habet? Super quæ verba observat Concina diss. 1. de Matrim. c. 4. n. 9. adversus Calvinum: Secundo itaque Ecclesiæ sæculo Matrimonium, quemadmodum nunc, celebrabatur coram sacerdote inter Missarum solemnia, et sacerdotali benedictione obsignabatur. Porrò Tertullianus non novam, sed vetustam narrat disciplinam, ab Apostolis ortam. Ampliorem elucidationem Tertulliano confert Em. Card. Cæsar Baronius ad an. Christi 57. n. 48. ita dicens, post similem relatam ejus authoritatem; „ sed hæc singula explicemus; antiquos enim Ecclesiæ mo„res Annalibus nostris intexere ex instituto suscepimus. Quod „igitur ad primum pertinet, Ecclesia fidelium conciliat „Matrimonium, dum per sacerdotem contrahentium „mutuo consensu prius elicito, junguntur in unum eo„rum dexteræ, quibus accedit osculi sancta libatio, atque „velatio, de quibus item ritibus idem Tertullianus de Velandis „Virginibus cap. 11. ad finem, et S. Gregorius Nazianzenus „Epist. 57. Quod addit: Confirmat oblatio: Missæ insi„nu-

„nuat sacrificium, quod (ut antiqui rituales libri Ecclesias-
„tici tradunt) in Matrimonij confoederatione offerri à Sa-
„cerdotibus consuevit. Et quid mirum si hoc facerent Chris-
„tiani, cum nec Ethnici sine sacrificio nuptias contrahere
„soliti fuerint? Post verò eisdem contrahentibus à Sacerdote
„solitam sacram Eucharistiam (ut etiam nunc fit) imparti-
„ri, idem Tertullianus alibi (nempè lib. de Monogam. cap. 11.)
„docet: Illi Sacerdotes, videlicet, sic dabunt viros, et uxores,
„quomodo buccellas. Quod praeterea idem ait: Et OBSIGNA-
„tum Angeli renuntiant: per Angelos Tertullia-
„nus Sacerdotes intelligere consuevit: Sacerdotes enim Ma-
„trimonium inter partes antea pactum, in Ecclesia denun-
„tiare solent. = Hucusque Baronius, in cujus verbis plura no-
tare opportet.

190. Primum: quantum expediat nubentes ipso nuptia-
rum die missam devotissimè audire, exomologesim justè
peragere, et Eucharistiam ritè suscipere, uti ab Ecclesiae
primordijs perfici consuevit. Caeterum, cum nostris hisce
temporibus ob aliquas causas (justae sint, an non, judices
ipsi videant) velatio transferatur separata à prima
conjunctione, et à collatione Sacramenti, celebratis nem-
pè domi, non in Ecclesia connubijs, quid inde fit? Sequun-
tur apertè duo damna, quae in ipsorum conjugum per-
niciem, et Ecclesiasticorum rituum inobservantiam planè
regeruntur. Ea sunt, quòd plures nec sacrum audi-
unt, nec confitentur, nec sacra Communione reficiuntur,
in die quo contrahunt, et matrimonium consummant;
ex quo fit, ut credo, tot dissensiones oriri inter conjuges, tot
perturbationes inter ipsos à Deo permitti, qui absque missae,
Confessionis, et Communionis munimine, ut soli carni in-
dulgeant, matrimonia perpetrabant. Ergo Parochi super hoc
invigilare non debent? Maximam, rogo, curam adhibe-
ant,

ant, ne inconfessi, et incommunicati contrahant fideles, ut
dimidium facti quae incipientes habeant.* Sciant hoc ipso-
rum urgere conscientiam, cui in primis debent consule-
re, ut à similibus occultis mundentur, et ab alienis parca-
tur servis Domini. Alterum est: quod etiam plures, ex simili
desponsationis, et velationis separatione occasionem nacti,
non paucos annos sine velatione sacra concumbunt, nec
missam pro sponso, et sponsa super ipsos offerri curant.
Quod quàm indecens, et etiam gravi scelere implicatum
sit, Parochi considerent, ut ipsos pro velatione urgeant;
ne, et Parochi, et contrahentes ob talem desidiosam,
et maximè culpabilem omissionem, ibi detrudantur,
unde nec missa pro sponso et sponsa eos educere possit.

191. Secundum: vetustissimum in Ecclesia fuisse,
etiam tunc, tales ritus in Matrimonij collatione adhibere,
quales nunc nos vigere videmus; quod Clericatus post rela-
ta Baronij verba ita annotavit loc. cit. n. 33.: Ex Baronij
verbis conspicere licet, etiam in primis Ecclesiae saeculis, Paro-
chos consuevisse denuntiationes Matrimoniorum facere,
conjuges contrahentes in Ecclesia Sacerdotali Benedictione
munire, pro ijsdem astantibus Missam celebrare, ac illos
sacra Eucharistia reficere. Sed notare permittimur in Cle-
ricato, noluisse Sacerdotem cognoscere Matrimonij potio-
rem Ministrum, cujus Benedictione conjuges à primis Eccle-
siae saeculis fatetur muniri. Exhinc Tertium adverti-
mus: Baronium omisisse Tertulliani verba, Et obsignat
Benedictio, quae et inexplicata dimisit. Hoc autem quare
ab ipso accuratissimo Scriptore sit factum, nescimus: nisi for-
tè addictum oppositae sententiae adeo credamus, ut Sacer-
dotalis Benedictionis super conjuges in contrahendo memi-
nisse noluerit, malens nos privare eruditione, quam super
talia verba coordinare potuisset ad nostram instructionem,

ut

* Hanc Sacramentorum Eucharistiae, et Poenitentiae receptionem enixè monet S. Synodus Tridentina Sess. 24. c. 1. de Reform. Matrim. ut nupturi ea se muniant.

ut suæ passioni responderet.

192. Alter offertur Tertulliani locus, lib. de pudicitia, pag. 718. præcit. edit. Paris. et in Pamelij edit. cap. 4. ubi sic habet: ideo penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam, et fornicationem judicari periclitantur &c. Ubi antedatam ex ipso disciplinam confirmat illis verbis, non prius apud Ecclesiam professæ, ut asserit Rigaltius in notis pag. 114. nempe talibus verbis indicari vetustissimum Ecclesiæ morem, quo solebant, Fideles conjugandi per Presbiteros Ecclesiæ offerri, ut communibus votis conjugia benedicerentur. Ergo ex Tertulliano mœchiæ sunt, et fornicationes conjugia non prius apud Ecclesiam professa. Habetis igitur testimonium luculentissimum, quo ex antiquitate adversus Novatores probare possitis in Matrimonio rationem Sacramenti, etenim non adeo de ipso curaret Ecclesia, nisi annumeratum crederet inter Christi vera Sacramenta. Ideo Tertullianus non ita contracta conjugia fornicationes judicat, et ex alio loco non satis ea laudare sufficit, quæ juxta Ecclesiæ ritus peragi animadvertit. Nunc equidem ego explicare nescio, aut rationem reddere fundamentalem, Cur, cum æquali traduce per Tertullianum nobis innotescat et Sacramenti ratio, et Sacerdotis Benedictio in Matrimonio, avidis manibus adversus Novatores in ipso prehendatur Sacramenti fides, et ex adverso respuatur Ministerium Sacerdotis? Maximè cum ex Tertulliano non alio inferatur Matrimonium tunc creditum fuisse Sacramentum, nisi quia id Ecclesia per suos Ministros conciliat, et Sacerdotis Benedictio obsignare patescat. Admittamus igitur nos Sacerdotis Ministerium in Matrimonio, ut conformiores Tertulliano procedamus.

193. Sub finem quarti Sæculi, anno videlicet 1398. actum fuit

fuit Concilium Carthaginense IV. præside Aurelio Carthaginensi episcopo, suffragantibus 214. episcopis, quos inter S. Augustinus prominebat. Quatuor supra centum Canonibus Ecclesiasticam sanxisse disciplinam, ritè perlustrat sapientissimus P. Natalis Alexander in Hist. Eccles. IV. Sæculi Cap. 4. art. 12. Ad rem autem nostram sic statuit Can. 13. et refertur cap. Sponsus. S. XXX. q. 5. „Sponsus et sponsa „cum benedicendi sunt à Sacerdotibus, à parentibus suis, vel „paranymphis offerantur: qui cum Benedictionem accepe„rint, eadem nocte (Concina legit loc. proximè cit. n. ejus 10. „prima scilicet nocte) pro reverentia ipsius Benedictionis „in Virginitate permaneant. = Quæ Concilij verba sic idem Natalis Alexander in Theol. Dogm. et Mor. lib. 2. de Matrim. art. 5. §. 2. illustrat: Si Patres Africani Benedictionem Sacerdotis meram cæremoniam existimassent, non erat causa cur tantam reverentiam novis conjugibus imperarent: cum majorem, vel æqualem Benedictionem Christiani quilibet singulis diebus accipiant in fine Sacrificij, tum à Sacerdotibus, tum ab episcopis: neque tamen propterea moneantur, ut ab usu conjugij abstineant. Daniel Concina sic loquitur loc. cit. C. 5. n. 12. Concilium Carthaginense IV. ut vidimus, conjuges monet ut in reverentiam benedictionis Sacerdotalis virginitatem intaminatam prima nocte saltem custodiant. Plus ne accidentali Benedictioni quàm ipsimet Sacramento tribuendum est? Si Benedictio non accessisset, Sacramentum nihilominus esset, inquiunt adversæ sententiæ patroni. Tum autem non esset cur conjuges se continerent: nonne? Quis id asserere absque offendiculo potest? Utrique nos subscribimus. Et verò non conformius Concilio rem tractabimus, Sacerdotem credentes Ministrum, ne labamur in absurdum à Concina notatum, animadversionem Natalis ratam habentes?

Sæculum

194. Seculum quintum Ambrosium profert, qui lib. 3. epp. ep. 23. edit. Paris. an. 603. ad Vigilium Scuitoy, dum conjugia cum alienigenis, seu falsæ religionis detestatur, ita nostræ traditioni favet: Sed propè, inquit, nihil gravius, quàm copulam alienigenæ, ubi et libidinis et discordiæ incentiva, et sacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipsum conjugium velamine sacerdotali et Benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest conjugium dici, ubi non est fidei concordia? Vide, quomodo seculo quinto fidelium conjugium sacramentum esse credebatur, adversus Calvinum, qui lib. 4. Instit. c. 19. §. 34. Matrimonium, ita pro sacramento datum, neminem usque ad Gregorij tempora vidisse garriebat? Sed simul advertes S. Patrem Ambrosium in eo differentiam fidelis conjugij ab infidelis posuisse, quod illud sacerdotis Benedictione sanctificabatur, non autem ethnicorum aut alienigenarum connubium. Itaque si ex hoc clamas cum Catholica ecclesia, jam per Ambrosij tempora conjugium fidelium sacramentum esse, ut Calvinum subsannes, cur Benedictionem sacerdotalem conjungas, ut à sacramenti substantia deleas? Si sacerdotij Benedictio juxta Ambrosium est distinctivum sacramenti fidelium pro conjugio alienigenarum, quomodo talis Benedictio juxta Ambrosium non erit talis sacramenti constitutivum? Accedit, quod matrimonia cum alienigenis sacrilegia sunt, ratione rationem habens, quia nempe fidelium conjugia sanctificantur sacerdotali Benedictione, quæ prælibatur quantum attinet ad infidelem.

195. Exclusa autem sacerdote ab hujus sacramenti ministerio, et ejus Benedictione ab eiusdem substantia etiam repulsa, nescio qua ratione Ambrosius sacrilegij damnare potuerit, quod in contractione cum alienigena sacerdotali sanctificatio offendatur, quæ nil est juxta adversarios de substantia sacramenti? Heinc Cardinalem Gotti-

Gottum minus caute in hoc puncto processisse reor, dum ipsum videa tom. 3 Theol. Dogm. edit. magna Venetæ, tr. 13. q. 2. de Matrim. §. 3. n. 10. talibus Ambrosio satisfacere: Dicatur autem Parochus sanctificare, non coram Deo, sed coram Ecclesia, vel dicatur sanctificare negativè. Luxerem ego à gravissimo Doctore: qui coram Ecclesia sanctificat, non coram Deo sanctificat? Scirem libenter, ubi Gottus reperiret talium sanctificationum distinctionem. At quis passione libera ipsam patientem sufferat? Sanctificare coram Ecclesia, non est sanctificare coram Deo. Vah putidissimum commentum! Protenea: ipse Gottus sanctificationis vim patuit, cum talibus ipsam dispenpone, eludere voluit? Asserio tantum sanctificat Matrimonium Parochus coram Ecclesia, concedat nobis saltem coram ecclesia conficere sacramentum, et hoc satis erit, hoc concessi eximus; etenim sacramenta omnia, ECCLESIÆ vocantur sacramenta. Amplius: addit in fine negativam sanctificationem, quam certè percipere nequeo. Sed pro hac, et pro sanctificatione coram Ecclesia, quantum alterutram Parocho Gottus concedit, ab eo requiro. Sola sanctificatio negativa, vel coram Ecclesia (aut quavis alia concedatur Parochi sanctificatio præter suam sacerdotalem Benedictionem) sufficit, ut sacramenti ratio in Matrimonio sit petatur ex Ambrosio contra Calvinum, ecce autem non sufficit, ut ipsa sanctificatio per Parochi Benedictionem sit de essentia talis sacramenti, Parochusque Minister? Et nisi hoc dicatur, non recte adversus adversarios probatur ex Ambrosio ratio sacramenti in conjugio fidelium. Quid nunc dicent? Dicant quidquid. Ambrosius pro nobis est: aut saltem ejus mentem contrariores nos inficiari nullus audebit.

196. Et quod attinet ad sacrilegium ex inexcusabili Benedictionis sacerdotis illata, subsibit siticinis Papa, Ambro-

sij

sij Synchronos, Ep. ad Himerium Tarraconensem episcopum Cap. 4. ita dicens: De conjugali autem velatione requisisti, si desponsatam alij puellam, alter possit in matrimonium accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus: quia illa Benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud Fideles cujusdam sacrilegij instar est, si ulla transgressione violetur. En aliud Traditionis testimonium, quo adversus Calvinum probatur, etiam ante Gregorij tempora matrimonium vocari Sacramentum, non enim sacrilegium appellaretur ejus violatio, quod Sacramentum non erat. Si autem propter Benedictionis transgressionem sacrilegio implicantur contra facientes, quo pacto Benedictio non erit pars sacramenti, ut sic ejus minister sacerdos habeatur? Sed Constant in notis ad Epist. Decretal. t. 1. col. 628. hic loqui Siricium de sponsalibus de futuro, sic ascribit: Obvius verborum Siricij sensus postulat, ut ea potius de prima desponsationis fide, qua etiam Virginem conjugem vocari, Patres ex Evangelio probant, interpretemur. Sed Constantium falli, et obvius verborum Siricij sensus, et Patres ex Evangelio fateri expostulant. In primis: obvius verborum Siricij sensus est loqui de conjugali velatione, de qua ab Himerio interrogari Siricius ipse fatetur, et etiam de Benedictione à sacerdote imposita nupturæ, quæ res, nempè conjugalis velatio, et sacerdotis Benedictio, nisi in Matrimonio ipso non interveniunt, non autem in prima desponsationis fide, seu Matrimonij promissione, quam in Siricio exquirit Constantius, et ex ipso pro adversarijs Benedictus XIV. de Synod. Diœc. lib. 7. c. 27. n. 5. 197. — Insuper: illud Siricij verbum nupturæ plus innuit, quàm velit Constantius. Licet enim particulari quadam intelligentia, et erga Virginem interpretatione, verbum nubo, rem nuptiarum, concubitum nempè non exprimat, pro-

prout satis vindicare dignoscitur S. Petrus Damianus tom. 3. opusculo 41. c. 2. attamen communi significatione juxta receptissimas communiter leges coitum promit. Sic sensit Doct. Subt. in 4. d. 30. q. 2. n. 7. ubi respondet primo argumento, quod sibi efformat ex Cap. Voventibus d. 27. quod etiam refertur 17. q. 1. ita solvens: Dico, quòd authoritas illa debet intelligi de volentibus nubere secundùm communem legem: non autem de illis, quibus constat certitudinaliter, quòd nunquam usus sequens talem actum, petetur. Idem etiam innuitur c. Genuit. 27. q. 2. ubi ex evangelio sic dicitur: Genuit Joseph virum Mariæ. Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum (hoc est, ad coitum, vel de coitu, aut propter coitum), sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi, viri, et sponsæ vocentur uxores. Et ibid. c. inventa est. habetur sic: Dico conjugem (Mariam) propterea, ut diabolo virginitatem ejus occultem.... In consequentibus demonstrabo, quod nec ista tua conjunx, secundùm consuetudinem conjugij habeatur, &c. Expressius autem ibid. c. Quod autem. Sic legimus: Quod autem interrogasti de his, qui matrimonio juncti sunt, et nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium possit accipere, de his ita scriptum est: Vir et mulier si se conjunxerint, si postea dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum eo, &c. Ubi quod primum innuerat per verbum nubere, postea exprimit per verbum coire. Habemus ergo, quòd dum Siricius agit de Benedictione imposita nupturæ, non loquitur de Virgine quapiam in prima sponsione, seu Matrimonij promissione, sed de fœmina in ipsius Sacramenti collatione constituta, cui res nuptiarum, seu coitus, communis verbi nubo sequela, imminet: et ita Constantij animadversio non est ad rem.

198. Aliud pro Sacramenti Traditione testimonium contra Novatores depromitur ex S. Cyrillo Alexandrino, præcedentibus Ambrosio, et Siricio suppari, Epist. ad Nestorium, ubi

hæc

hæc scribit: hac ipsa de causa, quo nostræ quoque substantiæ ortum sua Benedictione cumularet, simul cum Sanctis Apostolis ad nuptias in Cana Galileæ vocatum, huc se contulisse, suaque Benedictione easdem dispensatione cohonestasse dicimus. Attende nuptias à sui principio sacratiori, quo Christus ipsas sanctificare voluit, nonnisi Benedictione fuisse perfectas. Ac si Cyrillum pro Traditione Sacramenti adversus Novatores munienda opponimus, ut sacramentum ante Gregorij tempora vindicemus, ipsum pro sacerdotis ministerio legamus, etenim sacerdos nuptijs impartitur Benedictionem. Quia verò Cyrillum audis, tantùm cohonestari Benedictione nuptias asserere, dicis non rectè ex ipso inferri Sacramento necessariam esse Benedictionem, jam damus M. P. Augustinum, qui lib. 1. de Nuptijs et Concup. ad Valerium c. 16. honestatis verbum taliter Sacramento accommodat, ut in eo honestatem tantùm invenerit, quo incontinentiæ infirmitatem excusaret: Infirmitas, inquit, incontinentiæ, ne cadat in ruinam Flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. Quod enim ait Apostolus de feminis, Volo igitur juniores nubere; hoc et de maribus dici potest. Honestate dicit nuptiarum, quasi diceret honestate Sacramenti, etenim à novæ legis nuptijs nescit Augustinus abdicare rationem Sacramenti, quin potius ex eo deducitur clarissimum sæculi V. testimonium pro Sacramento Nuptiarum adversus Calvinum.

199. Lib. de Bono Conjugali c. 14. sic ait: Bonum nuptiarum per omnes gentes, atque omnes homines in causa generandi est, et in fide castitatis; quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti; per quam nefas est, etiam repudio discedentem alteri nubere. Etiam lib. de fide et bon. oper. c. 7. ita habet: In civitate Domini, in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesia, nuptiarum non solùm vinculum, sed etiam Sacramentum commendatur.

ita-

itaque qui Augustinum audierit fidelium nuptias nominare, de Sacramento noverit loquentem. Honestas ergo nuptiarum incontentiæ dissimulat incommodum, cumque Cyrillus nuptias Benedictione cohonestari asseveret, dicamus Benedictionem fidelium nuptias facere. Honestas Sacramenti juxta Cyrillum à Benedictione provenit, si ergo Benedictionem surripias Matrimonio, profectò Sacramentum saltim relinques inhonestum. Linquamus nos in Matrimonij essentia Benedictionem, nec asseramus in Sacramento novæ Legis non includi honestatem. Omnia reliqua Sacramenta in seipsis honesta sunt, eorum omnium essentia secum importat honestatem, solum miserum adversariorum Matrimonium non est ex sua essentia positivè honestum, siquidem suam essentiam non ingreditur Benedictio, à qua honestas defluit Sacramento.

200. Adhuc perstat sæculum V. testimonia producens adversus Calvinum pro ratione Sacramenti in favorem fidelis Matrimonij. S. Synesius Cyrenensis, Ptolemensis Metropolita in Lybia Pentanopolitana, qui ineunte sæculo V. floruit, vir fuit in sæculo comis, et eruditissimus, matrimonioque ligatus, sed postmodum ad sacras Ptolemaidis infulas raptus, ita sacri Matrimonij sui meminit Epist. 105. ad Evoptium, fratrem et successorem suum, in eadem Metropolitana sede: Mihi, ait Synesius, et Deus ipse, et lex, et sacra Theophyli (Patriarchæ Alexandrini) manus uxorem dedit. Ex quibus adversus acatholicos insurgimus, Sacramentum absdubio à S. Synesio agnosci, et pronuntiari Matrimonium, in quo sacra manus intercedebat. Ex quo item vetustissimam Traditionem pro eodem veneramur Sacramento, Synesio eam tribuentes explanationem, quam opportunè

ob-

observavit insignis ille vir Christianus Lupus in Schol. et not. ad Canones octavæ Synodi tom. 2. pag. 1421. asserens quòd hæc S. Synesij verba, Mihi sacra Theophyli manus &c. ostendunt Fidelium nuptias palam in Ecclesia fuisse semper ab Episcopo, aut Presbitero benedictas, et sanctificatas. Si ergo sacra manus Theophyli Sacramenti Traditionem perpetuam in Ecclesia ostendit, cur nos ipsam sacram manum, quæ Synesij Matrimonium benedixit tunc, et sanctificavit, ac nunc fuisse Sacramentum demonstrat, à talis Sacramenti ministerio rejiciemus? Nefas hoc audio.

201. Nollem ommittere Callixtum I, et Hormisdam summi apicis Pastores, quorum primus initio tertij sæculi, secundus verò sub sexti sæculi primordijs, ecclesiæ gubernacula recto regimine tenuerunt. Uterque autem in id conspirat, ut Benedictio Sacerdotis nullatenus deficiat in fidelium nuptijs. Callixtus quidem in epist. 2. ad Galliæ Episc. c. 4. et refertur 3. q. 5. c. Consanguineorum. eos, qui absque Sacerdotis benedictione copulantur, incestuosos, et infames declarat dicens: Consanguineorum conjunctiones, nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ. Quisquis ergo non legitimè conjunctus, vel absque dotali titulo, ac benedictione Sacerdotis constat copulatus, Sacerdotes, vel legitimè conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest, (et hujus causam reddit) quoniam omnis incesti macula pollutus, (pende ly incesti, cujus maculam inurit utrique, seu non legitimè conjuncto, seu absque Sacerdotis Benedictione copulato, cum enim utrumque nominasset, solum incestum reponit) infamis est, et accusare supradictos non permittitur. At Callixtus nunquam incestuosum vocasset eum, qui absque Benedictione copulatur, nisi ipsum crederet copulatum absque Sacramento. Ideo Hormisdas strictè prohibuit, aliquem absque simili

li Benedictione copulari, in c. 6. suorum Decretorum. et refertur 30. q. 5. c. Nullus. ita statuens: Nullus fidelis cujuscumque conditionis sit, occultè nuptias faciat: sed Benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubat in Domino. Videmus perpetuò Patres curare, ut Sacerdotis Benedictio sanctificet, et comitetur conjugium, ejus ergo Sacramenti formam credamus, ut quo necessariorem ipsam Sacramento addixerimus, eo conformius Patrum decretis procedamus.

202. Patrum, qui Gregorium præcesserunt, testimonia protulimus, ut contribulentur capita draconum Novatorum in aquis sapientiæ, et novantiquæ Romani Pontificij disciplinæ, ex qua pro nostra sententia etiam votum exposcimus. Nunc, licèt Gregorium subsequentium Doctorum assertiones adeo luculentæ sint, ut explanatione non egeant, quatenus expressissimam Sacramenti fidem præbent, et Vincto fabulatore ac impostore Calvino, aliò nos transferre fas esset, nos verò ut qua possimus cura, Traditionis continuitatem, et contra Calvinum, et pro nobis stare monstremus, ad ejus ulteriora, nobis citeriora transimus. Nec obscurè, ut credo, id ostendet Nicolaus I. qui medio sæculo IX. rexit Ecclesiam. Hic, transmissa sibi postulatione Thietbergæ, seu Teuthbergæ Francorum Reginæ, et uxoris Lotharij, filij Lotharij Imperatoris, et Caroli Calvi, Regis Franciæ Nepotis, quòd nempè Rex eam repudiarat ob crimen incesti cum Huberto fratre sibi impositum, litteras suas ad Concilium Metis celebrandum promulgavit, legatis suis Radoaldo, seu Rodoaldo Portuensi, et Joanni Ficolensi, Episcopis indicens, ut juxta Canones rem judicarent, hanc eis ad justam decisionem præscribens regulam: Nihil itaque, ajebat, vobis præcipimus aliud, manifestatione sua eodem Rege convicto, nisi ut secundum Canonicam

au-

antocitatem vestra vicefatâ, causam illius definiatis. Sive-
rò minimè probatum fuerit, Gualdradam (seu Waldradam,
Bosonis filiam, quam Lotharius ante Teutbergam duxisse
simulabat) fuisse uxorem legitimam, neque nuptijs secundùm
morem celebratis, per Benedictionem scilicet Sacerdotis, filio
nostro Lothario estitisse conjunctam; supponite illi, ut non mo-
lestè ferat legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) re-
conciliari uxorem.

203. Benedictioni Sacerdotali fidei Nicolaus decisionem
veri Matrimonij, ut si Waldradam Benedictione Sacerdo-
tali Lotharius sibi, ut ipse mentiebatur, desponderat ante
Teutbergam, ratum Waldradæ Matrimonium habere-
tur, etsi nuptiæ absque Sacerdotis Benedictione cum illa
concubuerat, pellicis Waldradæ abducendæ à Regio toro, et
Teutbergæ uxoris restituendæ. Dum igitur Pontifex solum-
modo ratum habet conjugium, quod Sacerdotis Benedictio-
ne contrahitur, irritum verò quod sine ejus sanctificatio-
ne initur, claret etiam seculo nono antiquum fuisse
in Ecclesia statutum, ut Sacerdotis tantùm ministerio
Conjugia fidelium rata existerent, et consequenter sine
illo nullatenus crederentur Sacramenta. Hanc autem fu-
isse Nicolai mentem, exinde monstratur, quòd ipse respon-
dens ad Consulta Bulgarorum, c.3. ut referam 30. q.5. c. Nos
tractis. et etiam tom.5. collect. Harduini cap.3. col.355. po-
quam conjugales, seu nuptiales ritus expendit, quos ante
contractionem oportere debent conjugandi, ait eos tunc ad
Sacramentum accedere posse declaret, ij; dejectis verbis, ut
Sacerdotali Benedictione Sacramentum contexi credamus.
Postquam autem, inquit Pontifex, sponsam sibi sponsus per
dignum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque ut

que

 vestra vicefatâ, causam illius definiatis. Sive-
rò minimè probatum fuerit, Gualdradam (seu Waldradam,
Bosonis filiam, quam Lotharius ante Teutbergam duxisse
simulabat) fuisse uxorem legitimam, neque nuptijs secundùm
morem celebratis, per Benedictionem scilicet Sacerdotis, filio
nostro Lothario estitisse conjunctam; supponite illi, ut non mo-
lestè ferat legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) re-
conciliari uxorem.

203. Benedictioni Sacerdotali fidei Nicolaus decisionem
veri Matrimonij, ut si Waldradam Benedictione Sacerdo-
tali Lotharius sibi, ut ipse mentiebatur, desponderat ante
Teutbergam, ratum Waldradæ Matrimonium habere-
tur, etsi nuptiæ absque Sacerdotis Benedictione cum illa
concubuerat, pellicis Waldradæ abducendæ à Regio toro, et
Teutbergæ uxoris restituendæ. Dum igitur Pontifex solum-
modo ratum habet conjugium, quod Sacerdotis Benedictio-
ne contrahitur, irritum verò quod sine ejus sanctificatio-
ne initur, claret etiam seculo nono antiquum fuisse
in Ecclesia statutum, ut Sacerdotis tantùm ministerio
Conjugia fidelium rata existerent, et consequenter sine
illo nullatenus crederentur Sacramenta. Hanc autem fu-
isse Nicolai mentem, exinde monstratur, quòd ipse respon-
dens ad Consulta Bulgarorum, c.3. ut referam 30. q.5. c. Nos
tractis. et etiam tom.5. collect. Harduini cap.3. col.355. po-
quam conjugales, seu nuptiales ritus expendit, quos ante
contractionem oportere debent conjugandi, ait eos tunc ad
Sacramentum accedere posse declaret, ij; dejectis verbis, ut
Sacerdotali Benedictione Sacramentum contexi credamus.
Postquam autem, inquit Pontifex, sponsam sibi sponsus per
dignum fidei annulo insignitum desponderit, dotemque ut

que

antocque placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc contineat
coram invitatis ab utraque parte traditerit (aut non, aut ape
tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid
fieri presumatur,) ambo ad nuptialia foedera perducuntur
(animadvertite nunc, attentè considerate, quomodo asserat hæc
foedera nuptialia, hæc nempè conjugia constare,) et primùm qui-
dem in Ecclesia Domini, cum oblationibus, quas offerre debent
Deo per Sacerdotis manus, stantes: sicque demum Bene-
dictionem, et velamen cœleste suscipiunt. Quasi diceret: sicque
demum Matrimonij Sacramentum suscipiunt. Quid clarius?

204. Hæc transitum ad alia mihi licere putaverim, nisi
prædicti obstaret Benedictus XIV, qui in Encycl. c.27.n.6.
respondens in persona Convocationum, verba illa deprompta ex
Nicolai commonitorio ad suos Legatos Radoaldum, et Joan-
nem in causa Lotharij, et Teutbergæ ita solvere intendit: Facibus tuis, ait Benedictus, Nicolai I. epistolæ genui-
num sensum aperiens: siquidem Lotharius mihi sibi
contrarij, nunc unam, nunc alteram obtendebat sui repudij
causam:: Videns porrò Pontifex quàm parum fidendum esse
assertionibus, parum sibi cohærentis Lotharij, nullam, quod ad
hoc cæpidem habendam rescripsit, nisi probaret, se legitimè, om-
nibusque adhibitis juris solemnitatibus, nuptisse Gualdradæ, quàm
cæteroquin aliunde notam exat, habuisse loco pellicis. Unde
Nicolaus, non ait Sacramentum per Benedictionem quæ exeat,
sed ut Lotharium retunderet, Benedictionem exquisivit Sacer-
dotis, junxisque solemnitates. At adversariorum responsum
nil satisfacit Nicolao: etenim ipse nullas alias solemnita-
tes expetijt, quàm Benedictionem Sacerdotis, ad hanc solam
reducens nuptiarum contractionem secundùm morem,
nuptijs secundùm morem celebratis, per Benedictionem Sacer-

cer

 placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc contineat
coram invitatis ab utraque parte traditerit (aut non, aut ape
tempore, ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid
fieri presumatur,) ambo ad nuptialia foedera perducuntur
(animadvertite nunc, attentè considerate, quomodo asserat hæc
foedera nuptialia, hæc nempè conjugia constare,) et primùm qui-
dem in Ecclesia Domini, cum oblationibus, quas offerre debent
Deo per Sacerdotis manus, stantes: sicque demum Bene-
dictionem, et velamen cœleste suscipiunt. Quasi diceret: sicque
demum Matrimonij Sacramentum suscipiunt. Quid clarius?

204. Hæc transitum ad alia mihi licere putaverim, nisi
prædicti obstaret Benedictus XIV, qui in Encycl. c.27.n.6.
respondens in persona Convocationum, verba illa deprompta ex
Nicolai commonitorio ad suos Legatos Radoaldum, et Joan-
nem in causa Lotharij, et Teutbergæ ita solvere intendit: Facibus tuis, ait Benedictus, Nicolai I. epistolæ genui-
num sensum aperiens: siquidem Lotharius mihi sibi
contrarius

cet Sacerdotij. Videry equidem parum sibi cohærentem Lotharium, nec apertam pro se, ita impertam rationem exponere, cogitavit quæstor Sacramentum; si nempe illud prius cum Waldrada iniisset, quam cum Theutberga, hac aliòquin contra matrimonij libidinem zelum pharisaicum. Unde autem constare tunc potuit Waldradæ, matrimonium Sacramentum præcessisse Theutbergæ? Ipse Nicolaus Pontifex cum Romana Ecclesia exprimit: si nempe Lotharium inter et Waldradam antecessisset interventus Benedictio Sacerdotij. Ergo ex Nicolao Sacerdotali Benedictio est prius signum Sacramenti in Matrimonio.

203. Quod demum pro adversarijs inducit S. Benedictus ibid. tale est, quod à Nicolao ratum, validumque habitum fuit matrimonium, clanculum, solo contrahentium consensu, celebratum. Hoc liquet ex verbis eiusdem Nicolai, immediatè subsequentibus, illis quæ ex eius responsis ad Bulgarorum quæstita retulimus in fine notæ num. 203. Bulgarij quidem à Nicolao scitantibus, an omnes nuptiarum solemnitates essent necessarió propter aliquod forte interveniens Ecclesiæ præceptum apponendæ? postquam eas ritus enumerauit, quos Latina Ecclesia morij habebat, pergit respondere: Hæc sunt præter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta conjugiorum solemnia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græci vos abstinere dicitis: præsertim cum tanta soleat arctare quosdam rerum inopia, ut ad hæc præparanda nullum his suffragetur auxilium; ac per hoc sufficiat, secundum leges, solum eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus, si solus in nuptijs forte defuerit, cætera omnia, etiam cum ipso coita, celebrata fuisse censeantur. Unde ex Nicolai mente solus consensus contrahentium efficit conjugium, non autem Benedictio Sacerdotij, quæ etiamsi omitteretur tunc, non peccaretur.

Hæc

Hæc adversarij ex Nicolao in nos reperire poterunt, sed facilè in promptu est nobis responsio, si attentè ponderetur, ac ipse Pontifex Nicolaus.

206. Loquitur de præparandis ad nuptias, convivio, dote, alijsque hujusmodi, ad quorum præparationem non suppetit quorundam inopia, nonnisi ibi intelligi vult Nicolaus Sacerdotalem Benedictionem, ad quam nulla requiruntur impensæ, ut ipsa non obligaret, cum jam pridem à nemine sæculo sexto eam rudi præcepisset Hormisdas, ut jamtunc contra hujus Papæ decretum esset, Benedictionem Sacerdotalem non apponi, non intercedere in fidelium nuptijs, cujuscunque conditionis essent fideles. Nullus fidelis, decrevit Hormisdas, occultè nuptias faciat: sed Benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubat in Domino. Quomodo itaque Bulgarij Nicolaum immerent, omnino posse Benedictionem Sacerdotalem in fidelium nuptijs, et hoc licitè contra vipeum Hormisdæ oraculum? Nolunt hoc Nicolaus, licèt adversarijveline. Præterea, quomodo potest Nicolaus intelligi, quòd in illa generali expressione, peccatum esse, si hæc cuncta in nuptiali fœdere non interveniant, non dicimus, etiam Sacerdotij Benedictionem includere voluisset, ut tunc occultè nuptias facere liceret, cum Ecclesia semper, perperàm, constanterque clandestina interdixerit conjugia, absque Sacerdotis Benedictione celebrata? Sacrosanctum Concilium Tridentinum Sess. 24. C. 1. de reform. Matr. hoc asserit, quod Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Nunquid falsum potest tractare, aut pronunciare Œcumenicum generale Concilium, in Spiritu Sancto legitimè congregatum? Ut certè mendacij, aut falsitatis arguendum Tridentina Synodus, dicens Ecclesiam clandestina semper detestatam esse, ac

pro-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

prohibuisse, si juxta adversariorum responsum, vel intelligentiam summus Pontifex Nicolaus I. asseruisset se non dicere peccatum esse, si hæc cuncta, etiam Sacerdotis Benedictio, in nuptiali fœdere non interveniant.

207. Vel ipsi adversæ sententiæ Patroni asseveranter, ac indubitanter confitentur nuptias occultas esse illicitas, si absque Ecclesiæ, ac Parochorum interventu fiant, cur ergo volunt Nicolaum extorquere, quasi ipse nuptias licitas absque Sacerdote pronuntiaverit, aut sine Ecclesiæ assensu, et consensu, in generali illa expressione fieri permisserit? Claret ergo Nicolaum in ultimis verbis non inclusisse Benedictionem, sed hac inpunè servata, declarasse reliquos ritus, ~~ad~~ cujus adimpletionem sponsi indigerent pecuniis, posse ommitti, maximè deficientibus nummis, ut enim ait commune axioma: Debitorem inopem Rex liberum mittit. Ideo ipse Nicolaus, cujus hæc perpetua mens fuit, non aliud exquisivit præter Benedictionem Sacerdotis, cum Matrimonium Lotharij cum Waldrada investigare voluit, etenim hoc unico signo sentiebat dignosci Sacramentum. Ex quibus omnibus liquet ultimorum Nicolai verborum interpretatio. Dicit, quòd secundùm leges, solus contrahentium consensus sufficiat ad matrimonium. Hoc et nos dicimus, nec ex sua parte aliud ponere obligantur conjuges. Non pompas, non magnas expensas, solum consensum exigit Ecclesia ab ipsis, ut posito contrahentium consensu, ipsa ex sua parte Benedictionem adjungat, qua Sacramentum conficiat. Etiam asserit Papa, quod licet solus deficiat consensus, quamvis omnia alia adsint, omnia frustrantur in nuptijs. Et hoc apertè fatemur, nam deficiente consensu, deficit contractus inter contrahentes, qui contractus, ut sequenti quæstione lustrabimus, est hujus Sacramenti materia, qua deficiente, etiamsi omnia adsint reliqua, Sacramentum

Con-

conflari non potest. Maneat itaque indubium, Nicolai mentem nobis favere, ut absque Sacerdotali Benedictione Sacramentum Matrimonij non stet. Ad summum autem ipsi conformiores sumus Nicolao, quod inficiabitur nemo, si hucusque dicta præsserit, aut æqua libraverit lance.

208. Et quia aliquorum inopiæ ad Bulgaros rescribens meminit Nicolaus, justum erit, si constare faciamus, Ecclesiam Simoniæ appingere eos, qui pro Nuptiali Benedictione pecunias exegerint. Ut sic Nicolaum de ritibus nuptialibus, qui nisi expensis non conficiuntur, loquentem Bulgaris aspicientes, nullatenus Sacerdotalem Benedictionem ejus mentem subijsse credamus. ~~Ab~~ Ecclesia, quæ à suis primordijs detestata fuit Simoniam, toto nisu conata est hujusmodi labem à suis membris detergere, ac removere, perpetuò inhibens, ne pro cujuscumque rei sacræ collatione, pecunia exquiratur; contra facientes cum Simone Mago componens æterni supplicij reos, ni facti condolentes seriò resipiscant. Sub hoc itaque generali Ecclesiæ decreto, nuptialis Benedictio à Simoniacis arcebatur, usque dum decadentibus sæculis, aliqua Simoniæ corruptela in ipsam irrepere cœpit, quod Alexandrum III. qui post medium sæculum duodecimum floruit, impulit, ut in Concilio Lateranensi III. an. 1179. in capp. 7. et 8. de Simonia, et refertur cap. Cum in Ecclesiæ corpore. Ejusd. tit. adversus hujusmodi serpens vitium anathema dixerit, taliter decernens: Horribile nimis est, quod in quibusdam Ecclesijs venalitas locum perhibetur habere, ita ut pro episcopis &c: necnon et pro sepulturis, et exequijs mortuorum, et Benedictionibus nubentium, seu alijs Sacramentis aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere, quia

legem

Ecpem morâ de longa invaluisse consuetudine arbitrantur. Ne igitur hæc de cætero fiant, vel pro benedicendi nubentibus, vel alijs sacramentis conferendis seu collatis aliquid exigatur, districtius prohibemus. Si qui autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum Græci se noverit habiturum.

2do. Hinc apparet, quatenus pecuniæ exactio pro nuptiali Benedictione prohibita fuerit ab ecclesia, ut jam inepte Bulgari eam adhibere non erubescant, sed sciant Hormisdam semper eos vrgere, ut Benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubant in Domino. Nunc excellens Doctor P. Natalis Alexander lib. 2. de Matrim. art. 5. §. 2. Alexandrum etiam nostræ favere sententiæ animadvertit, dicens: Alexander III. nubentium Benedictionem à Sacerdote factam alijs sacramentis admiscerat, districtius prohibens, ne pro benedicendis nubentibus, et alijs sacramentis conferendis aliquid exigatur. Et certè nobis placet Alexander; At non ita Clericato, qui ex Card. de Lauzea dis. p. 13. de Matrim. n. 106. respondet in Decis. 6. de Matrim. n. 20. ex Alexandro solùm inferri Sacerdotem esse Benedictionis Ministrum, non autem ipsius Sacramenti, et intantùm pecunia pro ea non exigi prohibetur, inquantùm res spiritualis est. Sed perlegat, quæso, Clericatus, qualiter id expresserit Alexander. Pro benedictionibus, inquit, nubentium, seu alijs sacramentis: et iterum: pro benedicendis nubentibus, seu alijs sacramentis conferendis, seu collatis. Cui referatur verbum alijs? nonne nuptiali Benedictioni? et certè. Siergo Alexander exprimit alijs sacramentis conferendis, clarè innuit, quod aliquod constituerit Sacramentum, dum nubentes benedicuntur, et ideo addit, aut alia sacramenta conferenda, aliquin à Grammatica vapularet, quia cum multum præmisisset Sacramentum, alia dixit. Sicut à nobis irrideretur, qui diceret, Clericatus, aut alij Asini, eo quòd cum eruditissimum hominem dixerit, et non præmemorasset asinum quemque, alios subintulit. Et etiam si illa expressio benedicendis nubentibus, seu alijs sacramentis conferendis, non satis monstrat conferri Sacramentum per talem benedictionem, nec etiam satis nos instruet Ecclesia, Incarnationem esse fidei dogma, aut Baptismum esse Sacramentum, nobis edisserens: Incarnatio, aut alia fidei mysteria: Baptismus, aut alia Sacramenta: Quis hoc sanus infinuet? nemo sanè. Vide si Sacerdotes ex Clericati, Lauzea, et adversariorum confessione ministri sunt Benedictionis, qua Sacramentum conferunt, et ipsos Sacramenti ministros esse dicamus, ut expressissimæ Alexandri, et Lateranensis Concilij menti conformemur.

2to. Innocentius III. qui Sæculo XII. felicem finem, Sæculo veiò XIII. auspicatissimum dedit initium, sic pro nobis scribit ep. 11. ad Vicecomitem Rothomagensem episcopum: In Paradiso cum Parentes humani generis conjungerentur, ab ipso Domino sunt benedicti. Et Salomon dicit: A Deo præparabitur tibi uxor. Quam formam (nempè ut nubentibus benedicant) etiam Sacerdotes omnes servare, ipsa ipse demonstrat Ecclesia. Satis enim absurdum est aliquam credere uxorem ante Baptismum acceptam, post Baptismum non computari: et assignat rationem: cum Benedictio, quæ per Sacerdotem super nubentes imploratur, non materiam delinquendi dedisse, sed formam tenuisse legitur à Deo antiquitus instituta, doceatur. Vide, quomodo doceat Matrimonium nonnisi post Baptismum esse Sacramentum, per illa verba, Satis enim absurdum est. Docet etiam esse Sacramentum, in Ecclesia receptum juxta antiquissimam Traditionem contra Hæreticos, per illa verba, Quam formam etiam Sacerdotes

tes. Ratio verò, quare sit absurdum non computare Sacramentum, Matrimonium illud, quod post Baptismum initur, non alia est, nisi quia Benedictio Sacerdotis super nubentes est forma legis à Deo institutæ. Hæc Innocentius asserit, ut dum Victricio antiquissimam Sacramenti fidem in Matrimonio exponit, simul quomodo sit Sacramentum, et quanam forma ad tale esse instruatur, innotescat, ostendens Benedictionem Sacerdotis.

211. Concilium Lugdunense relatum 35. qq. 2. et 3. c. 19. Nulli. ut nuptias incestuosas intercluderet, ~~[illegible]~~ graviter indixit, quòd Nulli ex propinquitate sui sanguinis, usque ad septimum gradum uxores ducant: neque sine Benedictione Sacerdotis. Qui autem nupturi erunt (nempè post acceptam ab Apostolica Sede dispensationem), à Sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant. In eandem sententiam collimat Concilium Remense Trosleianum C. 8. et refertur ibid. in notis ad præfat. c. Nulli. et ut Virgines à raptoribus defenderet, de utroque sic statuit: Et alibi est in Canonibus præceptum, ut nemo usque ad affinitatis lineam, et propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine Benedictione Sacerdotis quis nubere præsumat. In quibus textibus adeo commendari videmus Benedictionem Sacerdotis in nuptijs, ut durissimum sit eam non credere formam Sacramenti conjugalis. Nec dicas ex Concilijs tantùmmodo inferri, Benedictionem esse de præcepto Ecclesiæ, non autem de substantia connubij. Nam eo modo, quo Concilia hic Sacramenti Fidem adversùs calumniatores insinuant, eodem innuunt ejus Sacramenti formam potissimam esse Benedictionem Sacerdotis, sine qua nuptiæ prohibentur celebrari, et quòd non parum rem collus-

collustrat; ne Novatoribus ansam distinguendi Concilia in eo quod attinet ad Sacramenti Traditionem, nec nos ea distinguamus quantùm ad formam Benedictionis: eo modo, quo dum Baptismi Benedictionem, aut etiam Pœnitentiæ audimus, absque ulla distinctione talium Sacramentorum formam fatemur: ut sic Concilijs conformiores plaudamur.

212. Nec extra chorum agemus, si adduxerimus huc Sacrosanctum Concilium Tridentinum an. 1545. sub Paulo III. inchoatum, et an. 1563. sub Pio IV. finitum, cujus pijssimi, æquè ac doctissimi Patres ita Sacramenti hujus doctrinam adversus protestantes fixerunt, ut licèt expressè nec oppositam nec nostram definierint sententiam, tamen nostræ potiùs inclinarunt, si inclinarunt alterutri. Ad minus verò nos ~~[illegible]~~ Tridentini declarationibus plùs adhærere, quàm adversarios inficiabitur nullus, qui eas, nosque ritè perpenderit. Ergo cap. 1. de reformat. Matrim. sess. 24. statuit Concilium, quomodo contrahi debeant valida conjugia fidelium (sive solemnia judices, sive non solemnia; unica enim contrahendi methodus tantùm præscribitur à Concilio), his decretorijs verbis: denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur; ubi Parochus, viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti: vel alijs utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum. Hæc Parochi verba præseferunt dispensatoriam potestatem, idque efficiunt quod significant. Nec video, qualiter, adstipulante ratione, alio modo interpretari possint, quin violenter extrahantur à propria, et naturali ipsarum significatione. Siquidem illa adversariorum commentatio, qua dicitur eas significare idem, ac Ego vos declaro conjunctos, ridicula est, et altè despicienda. Primò: quia ut alibi suprà diximus, ansa

No-

Novatoribus præbetur, simili modo interpretandi verba Pœnitentiæ, Ego te absolvo &c. quasi tantum significent, Ego te declaro absolutum, nec unquam disparitatem assignabunt Calvinistæ. Secundò: si convertuntur, ego vos conjungo, et ego vos declaro conjunctos, Chirurgus, aut Medicus, dum declarant hominem esse mortuum, idem est ac si ipsi dicantur occidisse. Ita quòd idem judicium formabimus prudenter, sive audiamus occidere, sive declarare occisum, nam juxta adversarios idem est conjungere, ac declarare conjunctos. Quis talia non rideat?

213. Præterea: Concilium formam, seu verba præscripsisset, qua Parochi utentes, necessariò tenerentur mentiri. Etenim apertè dicunt, ego conjungo vos, cum juxta adversarios falsum sit Parochum conjungere nubentes, tantummodo que verum habeant, ipsum conjunctos declarare. Parochi mens tunc esset conjunctionem factam declarare, et contra hanc mentem apertè pronuntiaret se talem conjunctionem conficere, per verbum activum de præsenti, Ego vos in matrimonium conjungo. Ne autem dicantur Parochi ex Concilio nancisci occassionem mentiendi, prudentes adversarij petere à summo Pontifice possent, ut pro sua absoluta potestate Concilium emmendaret, ut sic Parochis interciderentur hæc perpetua mentiendi occasio in collatione Matrimonij juxta præscriptum Concilij. Ulterius: Concilium Tridentinum, licet de alijs Sacramentis agens, eorum ministros declaraverit, attamen Sacramenti hujus ministrum apertè non definivit, tantummodo methodum illud conficiendi descripsit: quæro nunc, quis conformius procedet Concilio, qui in sua descriptione solum Parochum instruit verbis actionem præseferentibus, conjungo &c. Qui Parochum à Concilio taliter instructum videns, ipsum Matrimonij ministrum crediderit, an qui ipsum nil in Sacramenti collatione facere, quod Sacramenti essentiam attineat, tenuerit? Pro nobis certè causa erit.

erit. Accedit Sacramentarium Mediolanense à S. Carolo Borromeo, cujus meritum erga Tridentinum dedimus sup. n. 50. Jubet Parochum, mutuo consensu à sponsis singillatim, nominatimque exquisito, et expresso, dicere: Quod Deus conjunxit homo non separet. Postmodum genuflexis sponsis, eorum dexteras intertexit Parochus, impositisque super eas summitatibus stolæ in crucis formam, apertè dicit, mentem Tridentini pandens: Ego authoritate, qua fungor, conjungo vos in matrimonium in nomine Patris ✠, et Filij ✠, et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

214. Hujusmodi Traditioni, ex qua simul hujus Sacramenti fides adversus acatholicos, et nostra non obscurè comprobatur sententia præ opposita, non parum adstipulati sunt Patres Concilij Coloniensis an. 1536, novem annis ante Concilium Tridentinum initum celebrati, præside Hermanno, Coloniensi Archiepiscopo, qui tunc sedi Apostolicæ addictus suam præclarè gubernabat Ecclesiam, sed postea ad Lutheranos defecit. Ergo illi Patres act. p. 7. c. 40. tom. 9. Collect. Harduini col. 2010. Et Catholicos instruentes, et Hæreticos fide Traditionis vetustissimæ destruentes pro hujus Sacramenti veritate, dum omnibus innotescere volunt in eo gratiam conferri, sicuti et in reliquis Sacramentis, ita suam exprimunt mentem: Sacramentum Matrimonij, si quis, sicut decet, acceperit, accedente Sacerdotali Precatione, confert donum Spiritus, quo vir diligat uxorem amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Mulier vicissim propter Christum amet, revereaturque virum suum, uti Dominum: uterque liberos, si dentur, summa cura instituant ad Christianam pietatem. Claudius Frassen tr. 3. disp. 2. art. 1. q. 3. De Matrim. hoc Concilium favere potius contrarijs, quàm nobis asserit, dicens ex eo apertè monstrari per Sacerdotis Precationem non conferri susceptionem Sacramenti, sed illam huic accedere: quod utique falsum esset, si illa precatio esset forma Sacramenti Matrimonij; ideo autem di-

dicunt per eam conferri donum Spiritus Sancti, quod scilicet Deus soleat Sacerdotum preces exaudire. Unde hæc precatio non nisi illicitè posset omitti.

215. Sed hic Doctor Concilij mentem non ritè perpendit, etenim ibi modus, seu tempus, quo in hoc Sacramento gratia, quæ S. Spiritus donum est, utpotè gratia charitatis, gratia conjunctiva, hujus Sacramenti propria confertur, tantùm describitur, ut sciant nubentes, qui tot apparatus, dotis, annuli, convivij, Paranymphorum, deductionis ad ecclesiam, interrogationum de mente uniuscujusque investiganda, ut consensus utriusque exprimatur modo sensibili, conjunctionis dexterarum, Benedictionis Sacerdotalis, invocando SSmam Trinitatem &c. perspiciunt, noverint, quando ipsis gratia Sacramentalis conferatur: nempè, nisi quando Sacerdotalis Precatio accedit Benedicens ipsos. Ideo dicit, quod si matrimonij Sacramentum debitè suscipiatur, tunc confert gratiam, cum benedicitur. Non quòd Sacramenti susceptio Benedictionem, aut Precationem præcedat, sed utitur verbo illo accedente, quia frequens Doctorum usus invaluit, ut eo utatur ad formam Sacramentorum exprimendam, etenim in hac Sacramentorum disquisitione, ab omnibus audimus, quòd verbum, quo accedente ad elementum, fit Sacramentum, illud est talis Sacramenti forma. Hoc itidem esse veram, genuinamque Concilij mentem, hac reflexione brebiter, et evidenter expedio. Quodcumque Sacramentum, in eo instanti, in quo, sicut decet, accipitur, in ipsissimo instanti confert suam peculiarem gratiam Sacramentalem, unde, si Matrimonij Sacramentum, quod acceptum, sicut decet, supponit Concilium, Precationem Sacerdotalem præcederet in tota sua perfectione sub ratione totali Sacramenti, prout volunt adversarij ex Fassenio, ante ipsam Sacerdotalem precationem (quæ ritè ipsis præstanda supponitur, et ab sponsis expectatur suscipienda) suam gratiam peculiarem

rem Sacramentalem jam confulisset. Hoc autem negat expressè Concilium, qui asserit, tunc cum accedit Sacerdotalis precatio, conferri donum Spiritus, quo vir diligat uxorem, sicut Christus Ecclesiam; non verò ante precationem, quam erat necesse, ut gratia illa præcederet, si eam præcederet Matrimonium, sicut decet, acceptum, et perfectum in ratione Sacramenti, ut fit in reliquis, quæ statim ac debitè perficiuntur, in eodem instanti suam conferunt gratiam, nullo alio expectato, ut suum sortiantur effectum.

216. Quòd autem donum illud Spiritus, quod ex assertione Concilij confertur accedente Sacerdotali Precatione, ut vir diligat uxorem suam amore casto, sicut Christus dilexit Ecclesiam, sit peculiaris gratia, ad quam principaliter datur, et confertur fidelibus hoc Sacramentum, inde constat, unde constat hoc Sacramentum conferre gratiam ab alijs reliquorum Sacramentorum distinctam. Videlicet ex C. 5. ep. ad Ephesios, ubi definiens Paulus matrimonium fidelium esse verum novæ Legis Sacramentum, ea verba, talemque de ejus gratia protulit sententiam, quam individuam ipsum usurpavit Concilium, ut clareret non aliam gratiam, seu donum conferri peculiariter in conjugio juxta suam sententiam, nisi eam, quam adstruxerat Paulus, sic dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam.... Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in Ecclesia. Nonne ipsam peculiarem gratiam ab Apostolo expressam in hoc Sacramento, etiam astruit Concilium, dum dixit conferre donum Spiritus, quo vir diligat uxorem, sicut Christus dilexit Ecclesiam? Omnibus patet, nam ijsdem prorsus verbis Concilium utitur, ac utitur Paulus. Et quia hic etiam dixerat ibi, quod Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris, sicut

Chris-

Christus caput est Ecclesiæ: ipse, Salvator corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita et mulieres viris suis in omnibus: ideo ut appareret Concilium Summa conformitate cum Paulo sentire de hoc Sacramento, subjunxit: Mulier vicissim propter Christum amet, reverentiamque virum suum, ut Dominum.

217. Unde si peculiaris Matrimonij gratia fuerit Apostolum, et Ecclesiam, est illud donum Spiritus, quod Concilium voluit, cum hoc donum non conferatur ex sententia Concilij, nisi accedente Sacerdotali Precatione, dicente debemus pro ea ipsum Concilium (ut fatetur Frassenius ipse, et omnes fateri debemus; nec negare possumus absque temeritate) est hujus Sacramenti forma, quia est verbum, quo accedente ad elementum, fit Sacramentum, ejus effectum, gratiam nempe sui propriam peculiarem, et donum Spiritus non fortunam fidelis, nisi accedente Sacerdotali Precatione. Videat nunc Frassenius (prout lippis oculis), an Concilium Coloniense, postquam nos, faveat oppositæ sententiæ: Insuper quæ contra universalem Sanctæ Ecclesiæ doctrinam fatetur, quòd accepto quocumque Sacramento, sicut decet, non tamen statim conferatur gratia Sacramentalis, sed adhuc expectari posse, aut debere aliquid ulterius (nedicam ulterius), ut unumquodque Sacramentum suum sortiatur effectum. Hoc nisi monstret Frassenius, nusquam efficere poterit, nusquam verificare valebit, quod scripsit, dicens: Quantum ad Concilium Coloniense, constat illud positæ oppositæ sententiæ favere. Ipsum est hucusque dicta satis evidenter nihil roboris habere Frassenij interpretationem, quam pro suo libito huic Concilio affinxit, ut adversantij viam eludendi de-

demonstret: nec attendendas esse additiones ullas, quas Sacerdotes Orare exandiri, et quod precatio nonnisi illicitè posset omitti. Unumque concedimus, et ad rem nostram facit, nam, ut diximus, diversissimam mentem tenuit Concilium, ac fingit Frassenius.

218. Hinc patet, quænam fuit mens Coloniensis Synodi in suo Catechismo, seu Enchyridio Christianæ institutionis, quem ejus Concilij nomine vulgavit Hermannus Archiepiscopus, ejusdem Præses. Nam licet ibi dicatur, quòd Verbum, quo accedente ad elementum fit Sacramentum, id nimirum est, quo ambo mas, et fœmina in Dei nomine conjungebantur, non inde infertur, ut vult Frassenius, contrahentes esse ministros Sacramenti Matrimonij, tunc enim solum in Dei nomine conjungebantur ambo mas, et fœmina, cum Sacerdos super ipsa auctoritativè pronuntiat, Ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Sed quia in Enchyridion de verbis, forma Sacramenti respicientibus, loquitur, cum nos singularem quæstionem de forma hujus Sacramenti fecimus; et materia immediate post hanc institutionem sumus, ideo amplioris Catechismi, seu Enchyridij præfati relationem, et explanationem illuc elucidandam remittimus. Interim Lapas P. Frassenius, quæ idem Catechismus declarat de ministro legitimo hujus Sacramenti: De Ministro hujus Sacramenti, legimus in ejus pagina 273. postremò videndum est. Ut fortasse quidam non improbanda ratione dicant; Matrimonium certum Ministrum non exigere, quòd conjuges in se casto amore, ac religiosè conjunctos Deus ipse conjungat. Tamen videmus (attende de apertam videmus Concilij mentem in Enchyridio traditam)

et

ex inveterâ lege quosdam Iudæos, qui Dei vice conjugej conjungerent: quanto ergo magis putandum est, in nova Lege Sacerdotes, qui legitimè pro Deo fungunur, Legitimos hujus Sacramenti Ministros esse? Quid clamij Vult Trassenius, ut exprimatur mens Concilij? inde trahit in exemplum de lege veteri matrimonium Tobiæ, et dicit Tob. 7. et sic concludit: Ad eundem modum ab Apostolorum temporibus, Matrimonij Sacramentum in facie Ecclesiæ celebratum est, Ministris Sacerdotibus Christi.

219. Quibusnam clamoribus vobis uti possitis Concilium Tridentinum, si nostram voluisset definire sententiam? Nescio, an ad id consulat Quinctilianus, aut Rebuffensij, expressiorem formulam invenire quivis eorum possit, quàm dicere: Sacerdotes in Nova Lege Legitimos hujus Sacramenti Ministros esse. Et hoc ab Apostolorum temporibus, ministerij Sacerdotibus Christi. Ut evideat, quàm pari sorte per omnem temporis processum inseparatæ creditæ sunt, et hujus Sacramenti fides, et nostræ sententiæ veritas, juxta Coloniensis Concilij judicium, quod in suo Catechismo verumque ex Traditione desumpsit, ut se declararet. Quis jam non relinquet nobis Coloniense Concilium, et cum pace illud pro nobis deducemus? Credo, quod nemo, nisi rationis impos, eo usque nobis illud probibeat. Et adhuc exacuat Trassenius, (ne dicam, exaratat) auctorem Enchyridij ibi non loqui de Ministro proprie dicto. Quam scitè! Nec Cicero, nec Demosthenes verba Enchyridij possent similiter ponderare. Legitimi hujus Sacramenti Ministri, non sunt proprie Ministri hujus Sacramenti. Vah intolerabilem pruritum! Dicant quidquid Concilia, et Sancti Patres in declarandis, ac definiendis reliquorum Sacramentorum propriis Ministris, omnes eorum assertiones secabit eludent Novatores, qui

an-

andiunt P. Trassenium, apud quem hoc verbum Legitimus Minister non significat Ministrum proprium et ita adeò aut ministerium proprium, propterea sinistri negotio non esse legitimum Ministerium. Quis hoc ferat?

220. Nec flacca faciendo est potentissima Trassenij ratio pro firmanda ea, quam ex eo petebamus, commentitia Enchyridij interpretatione. Videmus, qualiter ex Catechismo coloniensi, quod in veteri lege adsistere ministri, qui Dei vice conjugej conjungerent, robusta inductione probavit, in Nova Lege eadem Dei vice credendos esse ministros hujus Sacramenti, et horum alios præter Sacerdotes, qui legitimè pro Deo fungerentur, quia Paulus declaravit Ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei. Ex hinc percipit Enchyridion, ut hujus rei exempla ob oculos legentium ponat, referens sic: In lege quidem veteri Patres, aut defuncto Patre, proximus puellæ agnatus, seu frater, Dei loco conjugem jungebat. Sic Tobiæ septimo legij: et apprehendens Raguel dexteram filiæ suæ, dextere Tobiæ tradidit, dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, implearque benedictionem suam in vobis. Ad eundem modum ab Apostolorum temporibus, Matrimonij Sacramentum in facie Ecclesiæ celebratum est, Ministris Sacerdotibus Christi. Hucusque Enchyridion. Sed ô Hermanne, vide quid dixerij? Nonne legitimos Matrimonij ministros declaravera Sacerdotes? Et certè. Ad quid ergo, post relatum Raguelis factum, profers verbum illud ad eundem modum? Etenim, ac planè hæc sola voce desumpsit, quæcumque ab tunc erant de Sacerdotum administratoria Legitimâ causa. Ex Trassenij ratione, quam solvere teneris. Nimirum Enchyridij, aut Trassenius, ibi non intelligit Ministrum proprie dictum; siquidem, hoc ducta ratione, ibi dicit, Sacerdo-

tem

tem eodem modo esse nunc Ministrum Matrimonij, sicut Raguel olim erat Minister Matrimonij Tobiæ, et Sarę, eosque conjungebat; quod utique proprie non potest intelligi: cum enim inter Tobiam, et Saram solus fuerit contractus civilis, alij non fuerunt illius Ministri, quàm contrahentes. Hęc Frassenius.

221. Sed quàm ridet ipsum Hermannus! Anne mihi licuit (exclamat movens caput, et labijs loquens) paritatem Raguelis adducere, ut sicut ille Dei vice Tobiam, et Saram conjunxit, ad eundem modum sacerdotes Dei vice credantur fideles uxorare? Immò (rectius Frassenio inferimus nos) si vir sęcularis Raguel Dei vices gessit in illa conjunctione, quanto magis sacerdotes Dei vices agent in hoc Sacramento? Hoc et prę missserat Hermannus, ut exprimunt aperta ejus verba sup. n. 218. Hoc explicat, hoc intendit illud verbum ad eundem modum. Differentia verò stat in eo, quòd dum in Tobię, et Sarę conjunctione solus erat contractus, nullus extraneus minister contractus (valdè improprie usurpant adversarij vocem Ministri in contractibus, cujus confectores vocantur proprio, et naturali vocabulo contrahentes) requirebatur, qualis hic in Ecclesia exigitur, ubi ~~[illegible]~~ prę ter civilem contractum confectio intervenit Sacramenti. Prę terea, si adhuc zinzilulat Frassenius ~~[illegible]~~, corripiatur is, qui dixerit, quòd ad modum quo in qualibet domo omnes Patrifamilias obediunt, ita in Dei Ecclesia omnes summo Pontifici parere debent; quia illud verbum ad modum, quo, non potest verificari in Papa respectu Patrifamilias, cum hic sit Pater naturalis, ille verò tantùm spiritualis. Item Scotus, qui in 4. d. 1. qq. 3. 6. et 7. probat, quòd ad modum, quo in Nova Lege ad delendum originale datur Baptismus, sic in veteri ade-

aderat Circumcisio, et in naturali illud externum signum fidei, quòd cit. q. 7. statuit: absdubio corrigi debet propter maximam disparitatem, quę Baptismum inter, et Circumcisionem, aliudque signum interest. Etiam omnes Christi Parabolę, qua cęlestis Patria comparatur, aut grano sinapis Matth. 13. ubi plurimę assumuntur similitudines, emmendentur, propter summam distantiam, quę à quolibet inter cęlum, et sinapim reperietur. Sed hęc perridicula sunt: ad alia pergamus, nec viam intercludamus ijs, qui quatuor pedibus currere volunt.

222. Plura alia possemus adducere Concilia, Yprense anno 1476. Mechlinense. 1589. Atrebatense. 1600. Alterum Mechlinense. 1607. in quibus, alijsque, vocatur Parochus, quòd absolutè sit Minister hujus Sacramenti. Sed his, alijsque similibus respondet Gottius cit. num. ejus 10. et cum eo omnes adversarij, quòd intelligendę sunt prę fatę synodi, sicuti et similes Sacerdotem tantùm declarasse Ministrum solemnitatis, non autem Sacramenti. Fatentur ejus verba solemnitatis esse formam, qua Matrimonium, aut nuptię solemnizantur, at negant esse de substantia Sacramenti. In hac solutione triumphant, et cuivis seu Concilij, seu Patris authoritati pro suo velle frequenter adaptant. Quid ergo nos, Concina, et Socij? fateamur id ipsum, rationis vi coacti. Itaque Sacerdos solemnizationis Matrimonij solummodo sit Minister. Ultrò fatemur. Ideone Sacerdos à Sacramenti ministerio exulabit? Minimè. Audiatur summus Pontifex Martinus V. qui in fine Concilij Constantiensis, inter ea quę statuit interroganda ab illo, qui hęresi suspectus habeatur, hoc postulat: An credat, quòd Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis, vel Extremę Unctionis, vel Solemnizationis Matrimonij, peccet mortaliter? Vide, quàm inge-

ingeniè loquatur: ubi Solemnizationem Matrimonij non minus Sacramentum vocet, ac Confirmationem, et Extremam Unctionem. Utraque Parochus, qui Solemnizationi Matrimonij Minister statutus ab adversarijs, non minus est hujus Sacramenti Minister, ac Episcopus Confirmationis, et Presbiter Extremæ Unctionis.

223. Qualiter autem Gottus eminentissimus præfatam distinctionem de substantia, vel solemnitate Sacramenti Status ac in præcitato num. 10. non est cur reticeam. Respondeo, inquit, præfatæ Synodo vocare Parochum Ministrum Sacramenti Matrimonij, non quoad essentiam sumpti, sed quoad solemnitatem :: Neque obstare Rituali, et Sacerdotali Romani verba dicenti, quod :: Sacerdos proferat verba, quæ sunt forma hujus Sacramenti, — Nam sic loquendo Sacerdotale accipit Sacramentum Matrimonij adæquatè, nempè, secundum substantiam, et solemnitatem. Nam hujus Sacramenti sic accepta forma adæquata coalescit ex verbis Sacerdotis, et verbis Contrahentium &c. Paliter verè pius, verè doctus Cardinalis applicat distinctionem illam nostri Synodi: distinctionem, inquam, non à se commentam, sed quam communiter ab adversarijs videt usurpari. At lantiores sæpè aliquando impingit muscas. Masinus item vitos quandoque cepit serpentes dolus. Sui attendens Vincentium-Ludovicum Gotti, cujus vel solum nomen duplici magnæ nominis gnarum, non sine reverentia in Scholasticorum aula poterit audiri; qui, inquam, hunc verum Severinij criticij sectatorem, credens, tali modo solutorum fuisse, et dissectorum ea, quæ de Rituali Romano tam apertè nobis subvenerunt? Nec credo, quòd nisi affectorum dictis assentiri potuerit adversis, sententiæ, ut sic respondentis Sacerdotali, non bene attenderit, quòd simili modo

pre-

fretani quilibet posset Concilium, dum asserit, et definit Sess. 14. c. 1. de Extrema Unc. verba illa, Per istam sanctam Unctionem &c. esse Sacramentum Unctionis extremæ, seu extremam, nempè (dicentes quique) formam Solemnitatis, non autem substantiæ Sacramenti, 224. In quibus omnibus manifesta est major nostræ sententiæ conformitas cum vera Sacramenti Traditione. Licet non ignorabiliter expensa, non extra alcam erit, si Regum et Imperatorum decreta, et statuta promamus; ut pateat maxima etiam Laicorum Principum cura, ne absque Benedictione Sacerdotali usquam initerentur Matrimonia. In Capitularibus Regum Francorum lib. 6. n. 408: sic cautum: quibus prohibetur, ne Christianis, viduis, absque sacrorum Sacerdotum consensu, et commonitione plebis debitæ præmissa. et præcurrente lib. V. cap. 179. hæc in omnibus nuptijs ordinanda struxit sensanda: Priùs conveniendus est Sacerdos, in cujus Parochia nuptiæ fieri debent, in ecclesia, coram populo, et ibi inquirere vera cum populo ipse Sacerdos debet, si ejus propinqua sit, an non, aut alterius uxor, vel sponsa, vel adultera: et, si licita, et honesta omnia parata inveniat, tunc per consilium, et Benedictionem Sacerdotis, et consilia aliorum bonorum hominum, cum sponsa, et legitimè dotare debet. Leo Imperator, Novella 89. quibus leges sanxit: Ut sacra Benedictione nuptiarum copulationem haberent, adeoque, si quis absque hac Matrimonium iniret, id ne ab initio quidem, ita dicit, nuptiæ illæ ut veræ illa consuetudine Matrimonij, jure potiri deberent. et licet quoad forum conscientiæ impugnet Matrimonij validitatem nuptiarum Leo à Laico Principe latas, ut notat SS. Bened. XIV. cit. c. 27.

n.

n.6. tamen reddito, seu irrito facto contracta, quam sicuti ea reliqua, ab dubio possunt invalidare Imperatores, et Reges, affixa aliqua conditione, aut juxta adversantia in matrimonij ipsius contractu fecerit sess.24. Concilium Tridentinum, non licere coitum conjuges, propter sextum Decalogi praeceptum, quod, irrito contracto, ipso non irrita vi coercent.

225. Hinc apud Gregor, et reliquos Orientales quaerere libet, an Sacerdos Benedictio vim aliquam habuerit in collatione fidelis conjugij? Et non obscure, aperte Timotheus Patriarcha Alexandrinus ejusmodi Benedictionij vim, et Sanctificationem publico instrumento statuit, quod refert Balsamon in Juris Orientalis lib.5. pp.387. et 388. et eo eo diligentissimus Ecclesiasticae disciplinae investigator Ludovicus Thomassinus t.1. lib.2.c.83.n.10. sic dicitur in hoc statuto: Et optamus corrigi, quod praeter divina instituta praecepta circa sponsae deductionem male fit. Nam postquam Sacra Precationes initiatae sunt, et divinae Sanctificationes praemissae sunt, ad carnalem festinant unionem, in nuptiarum delicijs laetantes, Sacra Benedictionis vim non considerantes, et Sanctificationum contemptum. Conjuges ergo quo die divinae participarunt sunt Sanctificationes, non tantum ante earum assumptionem, sed et post eam circa exactionem continentes se gerere debent. Quod si non faciant, gravioribus subjiciantur paenis. In plus reverentiae vult Timotheus Benedictioni Sacerdotali subire, quam Sacramento. Recole, quae de simili continentiae intimatione ob Sacras nuptiales Benedictionis observantiam, supra attulimus n.193. ex Concilio Carthaginensi IV. item Orientalium Confessio Orthodoxa q.115.

hae

hae habet: Sextum Sacramentum est Matrimonium, quod fide nuptiae a conjugibus data, consensu, et benedictione per Sacerdotem. Attende fidem, tum de veritate Sacramenti Matrimonij, tum de ejus essentia ab Apostolis ad nos usque in universa Ecclesia descendentem, et perenni, illibatoque flore perseverantem. Apostoli ex Christo didicerunt: Ecclesiae omnes tenuerunt, quod vel Laici Principes non nescierunt etiam cognoscere, et ejus observantiae invigilare.

226. Etiam apud Ethnicos ipsos Sacrificium in nuptijs offerri consuevit, ut videre Sap. Paulum Abenlogum c.2. in Cantica Vetitae t.2. Sect.1.n.4. ubi Rosinum, Bullingerum, alios que ad rem adducit. Petrus Gregorius Tholosanus in Syntagm. Juris Univers. lib.2.c.5. plurimarum Nationum morem, ritusque in suis nuptijs celebrandis observatos affert, ibique haec ad nostrum legimus invenimus: Apud Candienses, Sacerdotes ad domum Mariti ibant, ubi conveniebat mulier, ibique accendebant ignem, qui nusquam extingui, saltem dum viveret, debebat: nam si extinguebatur, fiebat divortium, eratque instar repudij, nisi simul quadraginta annis viveret: indeque abijt in Proverbium: Pro repudio aquam igni injicere. Judaei Mauricamq. Venetae, olim Rabbinus, postmodum Catholicae adscriptus, Hebraeae Linguae Magister in Collegio de Propaganda Fide, Romae an. 1683. typis mandavit librum, quo Judaeo adveritatis lucem vult penetrare, in cujus p.2. c.60. pag.388. ritus Hebraeorum inspondendi Judaei ratione ad borgium, et transcripsit Clementis Decis.6. de Matr. a n.38. pro legentium commoditate. Formam autem, quae Hebraei utebantur, scribit Petrus Tholosanus loc. cit. n.ejus 21. subdens: Inter Judaeos habebatur Benedictio Sponsalitiorum, in qua qui Benedictionem praepositus erat, sumto Calicem, et recitata oratione: Benedictus, Auctor vitae

et

ctaliam sponsalibus accommodam; postea bibit vinum, et propinat subinde sponso, et sponsæ, implentque et postea reprendit convivij. Cum præfatum Manuscriptum revisserit, plures alij inveniet Benedictiones, et Rabbini Sagi novo sponso, indemnes, aliisque futurum conjugium vitæ, quæ præterimittimus, nam Hebræi tabo caligare in immensum. Sufficiat nobis hæc delibasse, ut Ecclesiasticum, Nationum, Gentiumque in sacrandis ministrorum Sacerdotum mysterijs demonstretur consensus, quo facilius sit ad nostram sententiam intelligentiam conciliatio, cui confirmandæ altissimi contexuimus cum Traditione testimonia.

227. Ergo, mei Clientes, dactique ingeniosi, Traditionem vestris, Traditionem perpendimus, Traditionem fusa ratione librabimus, nec conducentiori methodo sacramenti fidem in Matrimonio adversijs Novatores nos asseremus posse videmur, nisi Sacerdotem ejus Ministrum legitimum agnoscentes, cujus Benedictio sit Sacramento essentialis, simul ac ipsum Sacramentum vindicantes, in præsenti quæstione videmur, quam facili negotio plurimorum cabilationes dissipet, tunc hoc unum, quod Matrimonium, sicuti et reliqua, a solis sanctæ Ecclesiæ Ministris dispensetur. Didicere nolumus Traditionem, quoad Sacerdotij dispensationem, ne Hæreseos macula impostores ipsam quoad fidem Sacramenti discerpant. Verbis itaque Darelij Corcirensis diss. 1. de Matr. c. 5. n. 12. hunc tractatulum finemus: Respondeant, inquit, oppositæ sententiæ patroni, sacram Sacerdotij Benedictionem, quam veteres omnes adstruunt, necessariam, vigere esse Ecclesiæ mandato, tanquam cæremoniam accidentalem ad majorem nuptiarum solemnitatem; secus ad Sacramenti necessitatem, divino præcepto impositam? Respondemus hanc, ne falsam, ex Novatoribus magnopere fluentem, docte hilareque Melchior Canus refellit. Et principio, unde nos ex Traditione argumenta haurimus, ut contra Novatores ea incanum Sacramentum esse Matrimonium, si recepta responsio consistat? Profecto si Benedictio Sacerdotalis, qua consecrari nuptias Patres asserunt, ut ad Sacramenti dignitatem evectum à Christo Matrimonium evincant, sit mera accidentalis cæremonia, desunt nobis præsidia omnia ex Traditione accessita, quibus contra Novatores, denegantes Matrimonio Sacramenti dignitatem, pugnemus. Sublata quippe universali Ecclesiæ Traditione, qua est legitimus Sacrarum Scripturarum, quibus Matrimonium magnum Sacramentum, enunciatur, incumbimus, inermes reperimur in certamine, et caussa cadimus in Novatorum conspectu.

Tertia ratio concludentis, pro nostra sententia petitur ex communi Sacramentorum Theologia.

228.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA